ACTA RECTORALIA

ALMAE UNIVERSITATIS STUDII CRACOVIENSIS

INDE AB ANNO MCCCCLXIX.

EDITIONEM CURAVIT

DR. WLADISLAUS WISŁOCKI.

Tomi I fasciculus 1.

CRACOVIAE,
SUMPTIBUS ACADEMIAE LITTERARUM CRACOVIENSIS.
1893.

ACTA RECTORALIA

ALMAE UNIVERSITATIS STUDII CRACOVIENSIS

INDE AB ANNO MCCCCLXIX.

EDITIONEM CURAVIT

DR. WLADISLAUS WISŁOCKI.

Tomi I fasciculus 1.

CRACOVIAE,
SUMPTIBUS ACADEMIAE LITTERARUM CRACOVIENSIS.
1893.

378

2546/3

Cracoviae, 1893. — Typis Universitatis Iagellonicae, provisore A. M. Kosterkiewicz.

Acta sub Venerabilj et Egregio viro, mgro Stanislao de Schadek, s. theologie professore, canonico s. Fflorianj, rectore Alme Vniuersitatis Studij Cracouiensis, comutacione estivalj anno Dni MCCCCLX nono, per Arnoldum de Cucharj, Mazouitam, ingrossata [1].

2. Nicolaus, baccalarius de Poramba, rector scolarum Limbrincz [2], debet restituere quatuor uel tres sexternos, continentes textum »Afforismorum« [3] et »Regimen pestilencie«, Iohanni, bacc. de Tarnow, pro festo Corporis Christi [4].

3. Die Saturni sexta mensis Maij. Contra Petrum de Gdanszk, studentem in bursa philozophorum, dna Martha de Cracouia proposuit, quod eidem Petro iopulam examiti flavei coloris in vno fertone impugnorasset [5], qui quidem Petrus, solucione dicti fertonis habita, iopulam restituere noluisset. Et ex aduerso dictus Petrus litem contestando dixit, quod nunquam dna Martha impignorasset sibj huiusmodj iopulam, sed quedam alia mulier, confessusque est, se recepisse dictum fertonem et iopulam velle restituere eidem mulierj, a qua impignorata est. Dna vero Martha replicando dixit, quod hec alia mulier nomine suo dictam iopulam impignorasset, offerens se eandem iudicio constituturam. Dnus igitur rector interloquendo, quatenus vtraque pars sit certa de re sua, sentenciauit, quatenus idem Petrus deponat dictam iopulam apud dnum rectorem nona Maij sub pena excommunicacionis.

4. Die Saturni xiij Maij. Contra Albertum de Noua ciuitate, studentem, Iohannes de Noua ciuitate, baccalarius, proposuit, quod ipsum dampnificauerit in quinque ducatis ex eo, quod idem Albertus, conventus vno ducato et missus per dictum Iohannem in Nouam ciuitatem, ut sibj afferret pecuniam et infra tempus sex septimanarum rediret. Quod non fecit idem Albertus, sed quod non redijt in tempore promisso, propter quam negligenciam dictus Iohannes vendidit tunicam in valore

---

[1] Actorum nri 2—99, Codicis pag. 83—106 et 1—16. [2] »*Lim*brincz«?, »*Lun*brincz«?, »*Lini*brincz«? [3] Hippocratis. [4] 1. VI. [5] »imp*u*gnorasset«, sic!

decem ducatorum solum quinque ducatis, quod opportuit ipsum fecisse propter negligenciam dicti Albertj. Ex aduerso Famosus dnus Franciscus de eadem ciuitate, studens et procurator dicti Alberti, rei, institutus, litem contestando dicit, quod non est facta negligencia ex parte mei, sed ex parte matris dni Iohannis, que me retinuit a prosecucione promissi reditus, et ita per me non stetit. Et dnus rector deliberatus, feria tercia proxima [1] diffinitiuam sentenciam est pronunciaturus.

5. Barnabas de Lyppa, studens, queritur contra Stanislaum de Chrzczonow, quod eundem Barnabam percusserit in platea s. Anne, obuiantem ante domum Coszbijan, et laniauerit ei tunicam. Ex aduerso Stanislaus litem contestando negauit narrata, prout narrantur, et inconveniendo dictum Barnabam proposuit, quod ipsum percusserit calamario ad collum, propter quod illud calamare sibj abstulit et habet. Et dnus rector vtrique parti testes indixit produci probaturos.

6. Die, ut supra, obligauit se soluturum Iohannes de Grodzijszko, presens apud acta, Honeste Helene de Cracouia tres marcas, tentas racione certi debitj: vnam pro Iohannis [2], aliam pro Michaelis [3], residuam [4] pro Natiuitatis festis, immediate se sequentibus, sub pena excommunicacionis. Presente Paulo, sapiencia, etc.

7 [5]. Die Martis xvj Maij actus. Obligacio. Die Martis xvj mensis Maij Ffamosus Iohannes de Noua ciuitate ex mandato dni rectoris Ffrancisco de Noua ciuitate vnum florenum infra ix [6] sub pena excommunicacionis est soluturus, racione debiti et ex confessatis eidem Francisco tentum.

8. Euiccio. Excipiente se de iurisdicione potestatis ciuilis Nicolao, pargamenista, coram dno rectore et allegante se studentem actu, dnus rector tuerj volens fore conseruandum, iuxta priuilegium, Vniuersitati concessum, iniunxit sibj per totum diem probare, se studentem actu, qui nominauit dnum Spiczymirum [7] testem actualitatis sue, et cum hoc caucionem de parendo iurj aut pignus ydomum, valens valorem rei, de qua agitur inter ipsum Nicolaum et Stanislaum Coczfara, eidem Nicolao iniunxit. Et ibidem Ieronimus Rokyemberg, personaliter constitutus, euincens dictum Nicolaum et cauens pro eodem sub pena decem florenorum, eundem iudicio dni rectoris fferia quinta proxima [8] hora xij est representaturus, vbj eciam se studentem probare debebit eodem die. Presentibus ibidem dno dre Coczfara, Paulo et Mathia, sapiencia.

9. Die Iouis xviij mensis Maij. Constitucio. Constitutus personaliter Ffamosus Stanislaus Coczphara de Cracouia constituit in

---

[1] 16. V. [2] 24. VI; alia manu insuperscriptum: »iam soluta vna«. [3] 29. IX; insuperscriptum: »item soluta«. [4] Insuperscriptum: »item est iam soluta«. [5] Totus hic nrus 7 in omni parte sua alia antiqua manu deletus. [6] = novem dies. [7] Nicolaum de Cracovia. [8] 18. V.

suum procuratorem Famosum Iohannem Tederueder[1] de Cracovia in causa, inter ipsum Stanislaum et Nicolaum, pargamenistam de Cracovia, asserentem se studentem huius Vniuersitatis, coram dno rectore mota aut mouenda, promisit rata, grata per ipsum facienda, presentibus Venerabilj dno Iohanne Coczphara, dre, et Paulo, sapiencia, ad agendum defendendum, proponendum, allegandum, que in huiusmodj causa fuerint necessaria et que ipse solus dnus constituens facere posset. Presentibus, ut supra.

10. Die Iouis xviij Maij. Comparens personaliter coram dno rectore Iohannes Tederueder[1], procurator Stanislaj Coczfara de Cracovia, prout terminus requirebat, petiuit, Nicolaum, pargamenistam de Cracovia, studentem, non probantem se studentem nec in termino prefixo comparantem[2], contumacem pronunciarj, et in x florenis Ieronimum Rokijemberg, eundem Nicolaum iudicio dni rectoris representarj obligatum, petiuit condempnarj. Et dnus rector dictos comparandos ad horam prefixam expectans, non comparantes in petitis condempnauit, vim contumacie suspendens. Presentibus dno Iohanne Coczfara, decretorum dre et predicatore ad s. Barbaram, Iohanne, seruitore dni rectoris et studente.

11. Et ibidem paulo post idem Nicolaus, pargamenista, cum dno Ieronimo Rokyembark, euictore suo, personaliter coram dno rectore comparens, contumaciam arestauit et citacionem contra partem suam ad prosequendum in causa petiuit, quam dnus rector decreuit dandam. Presente Paulo, sapiencia, et Iohanne, seruitore dni rectoris.

12. Die Veneris xix Maij. Comparentibus coram dno rectore Stanislao, de bursa diuitum seruitore, actore, et Petro Comorowskj, reo, studentibus, dnus rector reum Petrum Comorowskj ab instancia eiusdem Stanislaj, actoris, intencionem suam probare nequientis et renuentis, absoluit. Presente Iohanne de Vyschegrad.

13. Ibidem eciam coram dno rectore idem Nicolaus de Cracouia, productis Venerabilibus viris, dno Iacobo de Fflorentino[3] et maijstro Stanislao de Leopolij, et ipsum Nicolaum actu studentem probantibus, dnus Iacobus et suam leccionem ipsum visitasse et ad »Registrum«[4] inscriptum esse. Recepto huiusmodj virorum Venerab. testimonio, dnus rector studentem[5] pronunciauit et iuxta priuilegia Vniuersitatis conseruandum fore decreuit. Presentibus ibidem Paulo, sapiencia, et Iohanne, studente, seruitore dni rectoris.

14. Die Saturni xx Maij. Iohannes[6] de b. Virgine[7] contra Thomam de bursa philosophorum verbo proposuit, sibj Thome sex

---

[1] »*T*ederweder«?, »*C*ederweder«?. [2] »compar*a*ntem«, sic! Formae »compar*a*ns«, »compar*a*ntis«..... pro »comparens«, »comparentis«..... saepius in Codice iterantur. [3] »Fflorentino«, sic! [4] = ad Album studiosorum. [5] Nicolaum de Cracovia. [6] Passer. [7] de schola bb. Virginis in circulo Cracoviensi.

grossos tempore hijemis in mutuum communicasse, et eos sibj restitui petiuit. Et ex aduerso reus negauit narrata, prout narrantur, litem contestando. Datur terminus probandj actorj intencionem suam ad viij [1]. Presentibus Iohanne Voynycz, baccalario, Iohanne de Vijschegrad, studente.

15. Contra Iohannem Passer de b. Virgine Mathias de Zalesze, studens, verbo proposuit, quomodo quondam sibj, reo, tunicam ad vendendum comisisset et non aliter, quam pro tribus florenis vendendam mandasset, et sibi precium vendite restituisse, saluo salario. Qui tamen Iohannes Passer, venditor, pro tribus florenis vendens, dumtaxat sibj Mathie duos florenos in auro et viginti quinque in moneta communi restituit et salarium suum cepit, residuumque, videlicet vij grossos, idem Mathias sibi restitui petiuit, per ipsum retentum. Ex aduerso idem Iohannes, reus, confessus est, se tunicam ad vendendum recepisse ab ipso Mathia, sed solum pro septem fertonibus vendere comissam fore, et hoc sibj restituisse asseruit. Et dnus rector, auditis hinc inde allegacionibus, decreuit, vtramque partem intenciones suas ad viij probaturam. Presente Iohanne de Voijnijcz, baccalario, et Iohanne de Vyschegrad, studente.

16. Michael, baccalarius a s. Anna, ex confessatis Blasio, clerico, camisiam ad viij restituere condempnatus, alias valorem eius.

17. Die Saturni xxvij Maij. Inter Iohannem, baccalarium, ab vna et Ffraciscum, baccalariandum, ab altera partibus, pro alia dilacione terminus, ad idem faciendum ad viij limitatus, pendet per dnum rectorem prefixus. Presente Bernardo, procuratore causarum.

18. Adveniente termino [2] Mathias de Zalesze, probando intencionem suam, reproducta citacione, testem, Thomam de Thokarj, presente parte, induxit, admitti petens. Quem dominus admisit et examen cum notario eiusdem comisit. Presente Mathia, sapiencia.

19. Nicolaus, pargamenista de Cracovia, petiuit a Iohanne [3] Coczfara de Cracovia crinile alias vittam de margaritis, sibj receptam, valoris sex florenorum, sev alias sibj in sex florenis propositam et sibj per ipsum Stanislaum receptam, petens, conpellj ad restituendum. Presente [4] ex aduerso dictus Stanislaus litem contestando allegauit, occasione dicte vitte rem fuisse in iure ciuilj iudicatam coram dno advocato et scabinis, petens, se admitti ad probandum. Et dominus ad probandum admisit ipsum Stanislaum et terminum ad viij assignauit probandj, huiusmodj rem iudicatam et transactam fuisse. Presentibus Mathia de Zalesze, Iohanne de Vijschegrad, studentibus.

---

[1] = ad octavam. [2] Cf. nrum 15. [3] Insuperscriptum »Stanislao«. [4] Sic!

20. Die Saturni tercia Iunij. Mgr. Andreas de Wartha petit a mgro Venczslao[1] de Brothnija[2] libellum continentem »Officium misse«, quem deposuerat cum alys rebus apud dictum mgrum Venczeslaum. Ex aduerso mgr. Venczeslaus animo litem contestandj et reconveniendj dixit, quod istum libellum teneo in debito xx grossorum, quos sibj debet dictus mgr. Andreas racione cuiusdam portitoris literarum, quas idem portitor mgro Andree in suis causis necessarys portauit. Replicando mgr. Andreas dixit, nunquam se visum fuisse tales literas, nec mgrum Venczeslaum ad hoc habuisse aliquod mandatum. Et dominus interloquendo ad octauam dedit terminum, ut mgr. Venczeslaus probet intencionem suam, libellus vero, pro quo agitur, in eodem termino reponi debet etc.

21. Laurencius de Olomucz petit a Balthezar, studente de Zamberk, medium grossum a quolibet miliarj, miliaria autem dixit fore xxxvj. Ex aduerso animo litem contestandj idem reus dixit, quod non ego solus miserim eum, sed eciam suus preceptor misit eum in suis negocijs, ad quem se contulit, quasi in testem. Qui testis veniens, quamuis non citatus, fassus est, quod idem Balthezar fuit principalis missor dicti Laurency ad patriam suam. Et dominus interloquendo, in spem concordie, ad viij dedit, alias sentenciam prolaturus.

22. Absolucio. Mgri Thomas de Lyppa, Clemens de Thoron, statuunt in termino eis prefixo de Noua ciuitate baccalariandum, pro quo fideiusserant, ad instanciam Nicolaj Kangissz, ciuis Cracouiensis, qui quidem mgrj, faciendo caucioni fideiussorie satis, petiuerunt, se a caucione et promisso absolui. Et quia idem Nicolaus Kangissz, ad instanciam cuius fuit fideiussum, contumaciter et negligenter nec per se nec suum procuratorem terminum datum attemptauit, dominus predictos mgros a talj onere caucionis absoluit.

23. Die Martis sexta Iunij. Nicolaus, pargamenista, studens Cracouiensis, datis iam hora vesperorum excepcionibus ad literam, per Stanislaum Coczfara in vim probacionis rei iudicate productam, protestatus est propter breuitatem temporis, salua correccione, se huiusmodj excepciones produxisse et inducias ad corrigendum petiuit. Et dnus rector tempus corrigendj in crastino per totam diem concessit.

24. Die Veneris ix Iunij. Relacio. Comparens Discretus Albertus, presbiter de Cracovia, executor per dnum rectorem dno drj Tosth deputatus, fecit relacionem, quod citauit quandam mulierem pro die hesterna ad instanciam eiusdem dni dris Tosth, ad uidendum distrahi pignus ab eodem. Presente Iohanne de Voijnijcz, baccalario.

25. Die Saturni x Iunij. Confessio. Mgr. Andreas de Vartha per dnum rectorem mgro Venczeslao[3] de castro Cracoviensi[4] infra

---

[1] Sic! [2] »Ubogi« seu »Pauper« paterno nomine dicto. [3] Ubogi de Brodnia. [4] = rectori scholae in castro Cracoviensi.

ix dies xx cum vno grossis soluere est condempnatus, delato iuramento et prestito per ipsum mgrum Venczeslaum, viginti grossos in negocys mgri Andree exposuisse, sub pena excommunicacionis. Presente mgro Iohanne Tosth, decretorum dre, Iohanne de Voijnijcz, baccalario.

26. Confessio debitj. Mgr. Iohannes de Glocz ex suis confessatis mgro Dominico infra ix dies sub pena excommunicacionis vnum florenum per dnum rectorem soluere condempnatus.

27. Balthezar[1] de bursa philosophorum vij grossos sub pena excommunicacionis infra ix dies Laurencio de Olomuncz soluere debet. Presentibus, quibus supra.

28. Dilacio. Comparens personaliter mgr. Iohannes Tosth, decretorum dr., terminum presentem, quem cum quadam domina coram dno rectore habuit, infra hinc ad vnum mensem distulit et prorogauit ad idem faciendum, alias mense lapso ad distraccionem pignoris processurus est. Presente Iohanne, baccalario de Noua ciuitate.

29. Absolucio. Comparens personaliter Ingeniosus Ffranciscus, baccalariandus de Noua ciuitate, petiuit, se per dnum rectorem ab instancia et impeticione Iohannis, baccalarii eciam de Noua ciuitate, intencionem suam non probantis, licet ad hoc certas dilaciones habuit preteritas concessas, prout se obtulerat, absolui. Et dominus ipsum Ffranciscum ab impeticione ipsius Iohannis absoluit, quia actore non probante reus absoluitur etc.

30. Solucio. Idem eciam Ffranciscus confessus est, se vnum florenum ab eodem Iohanne, baccalario, per manus dni rectoris, in quo fuerat sibj dudum condempnatus, tulisse et leuasse.

31. Die Martis xiij Iunij. Stanislaus Coczfara comparens personaliter coram dno rectore, prout terminus requirebat inter ipsum et Nicolaum, pargamenistam, replicando ad excepciones dictj Nicolaj generaliter in scriptis produxit sub talj tenore, petens inscribj. Nicolai, pargameniste, ad excepciones, contra literam advocatj et scabinorum Cracovyensium vltimo productas, Stanislaus Coczfara personalis, citra tamen reuocacionem sui procuratoris, verbo generaliter replicando contradico, dicens vanas, inefficaces et in nullo dictum Nicolaum posse releuare, petens, causam predictam ad prefatos iudices seculares, coram quibus fuit et est diffinita, pro execucione eiusdem remittere et ipsum Nicolaum in expensas condempnare, iusticia mediante in contumaciam ipsius Nicolaj. Ex aduerso principalis. Et super hys dictus Stanislaus Coczwara petiuit, per dominum interloqui. Et dnus rector deliberatus, et reuisis hinc inde productis et allegatis super eisdem productis, feria quinta proxima[2] sentenciam interlocutoriam prolaturus est.

---

[1] de Zamberk. [2] 15. VI.

32. Die xv Iuny, Iouis. Decretum obligacionis. Mgri Thomas de Lijppa et Clemens de Thoron statuunt in iudicio dni rectoris Franciscum de Noua ciuitate, pro quo fideiusserant in quinque florenis et xix grossis dne Katherine Niclosowa, ciui Cracouiensi de platea Fratrum. Et dnus rector tam ex actis quam ex confessatis dicti Francisci indixit eidem Francisco iudicialiter, dictos florenos quinque cum x et ix grossis soluendos hinc et infra sex dies dicte dne Katherine sub pena excommunicacionis. Et in vim maioris certitudinis dicte solucionis arrestat et arrestarj mandauit per seruum Vniuersitatis res dicti Franciscj, predictosque mgros, pro eodem Francisco fideiussores in dictis florenis eidem dne Katherine, a dicto onere fideiussorum absoluit. Presentibus mgro Paulo Clobuczsko, professore s. theologie, canonico s. Floriani, Iohanne de Voijnijcz, baccalario.

33. Die Saturni xvij[1] Iunij. Raphael de Swyradzycze, studens, sponte recognouit coram dno rectore, se Honeste Heduigi, coce magistrorum Collegij[2], tres grossos tenerj et infra tres dies sub pena excommunicacionis soluere eidem obligatus.

34. Die Solis xviij Iuny. Constitucio procuratoris. Personaliter constitutus Honorabilis Ffranciscus de Noua ciuitate, baccalarius, in suum procuratorem constituit mgrum Iacobum Boxijcza, decanum facultatis arcium, absentem tanquam presentem, in causa, quam habet uel habiturus est cum quodam Stephano de Lleszenije, ad agendum, proponendum, allegandum, pecuniam tolendum et leuandum ab eodem, et generaliter omnia et singula faciendum, que circa premissa fuerint necessaria in forma meliorj et cum clausulis opportunis, promisit rata, grata. Presentibus Honorabili Iohanne de Vyschegrad, plebano in Dobrkovijcze, studente.

35. Die Lune xix Iuny. Constitucio procuratoris. Baccalarius Andreas de Gambino constituit in suum procuratorem Bartholomeum de Nouo myasto, studentem, ad citandum, conveniendum dicti constituentis nomine certos debitores et ab eisdem pecunias tollendum et leuandum, quitandum de receptis et de vlteriorj non petendo paciscendum, aliaque necessaria circa talia faciendum, promisit rata per ipsum facta et facienda.

36. Die Martis xx Iunij. Dilacio. In causa inter Honorabiles Ffabianum[3], baccalarium, ab vna et Philipum, plebanum in Byezanow, ab altera partibus, dnus rector, alijs certis causis occupatus, terminum continuandj alias ad idem faciendum octauam diem prefixit, et assignauit ac limitauit.

37. Die Veneris xxiij Iunij. Recognicio. Recognouit fr. Albertus de Lanth, se octo florenos a Venerabilj mgro Nicolao Bylyna,

---

[1] In Codice per errorem scriptoris: »x«, sic!. [2] artistarum. [3] de Szamotuły.

professore s. theologie, in mutuum accepisse, quos quidem idem debitor obligauit se pro festo s. Margarethe[1] proxime instantj octo florenos soluturum pro omni dilacione eidem creditorj. Presente Iohanne de Rava, studente.

38. Ex decreto dni rectoris S. Rosambarskij, studens, infra hinc ad feriam secundam proximam[2] xvij grossos racione expensarum Prouido Matheo Llaudamus, ciui de Cracouia, soluet. Presente Paulo, sapiencia, Iohanne de Rava, studente.

39. Constitucio. Bartholomeus de Przeworsko, plebanus in Dzekanovijcze, studens huius Vniuersitatis Cracouiensis, constituit in suum procuratorem dnum drem Godek ad petendum et obtinendum nomine suo certa iura, munimenta et literas, quas versus curiam Romanam idem constituens fuit laturus, coram dno rectore transsumi et eis robur et decretum firmitatis apponi. Presentibus Iacobo de Orzechow, dispensatore, Iohanne de Tarnow, terciano Collegij artistarum.

40. Die Lune tercia Iulij. Obligacio sev confessio debiti. Constitutus personaliter Honorabilis dnus Paulus de Iunywladislavia Wladislauiensis diocesis, sacristianus ecclesie Omnium ss. in Cracouia, confessus est, se a Venerabilj viro, dno mgro Stanislao de Schadek, canonico s. Floriani, tunc rectore Alme Vniuersitatis Studij Cracouiensis, in mutuum[3] iiijor marcas pecuniarum recepisse. Quas quidem quatuor marcas idem Paulus, debitor, suo creditorj, dno Stanislao de Schadek, professorj s. theologie predicto, pro omnibus dilacionibus hinc ad festum s. Martini proxime sequens[4] restituere et exsoluere bona fide et sincere animo coram me notario ac testibus infra notatis se obligauit. Et in vim maioris certitudinis et securitatis exolucionis predictarum quatuor marcarum fiende apud eundem creditorem idem debitor predictus duo volumina librorum »Biblie«, in papiro scripta, reliquit et reposuit in et per modum pignoris, quod si ad predictum festum et alias octauam inclusiue eiusdem festi[5] non distraxerit, consensit, omnibus excepcionibus renunciando, quoquomodo quesitis uel querendis, in vendicionem, impignoracionem huiusmodj pignoris repositi per ipsum dnum creditorem ad totalem rehabicionem pecuniarum suarum nullo dampno, impedimento aut vexacione subsequentibus etc. Presentibus ibidem Honorabili et Discretis dnis, Nicolao de Ogrodzenycze, plebano in Vyszkow Ploczensis diocesis, Stanislao de Cracovia, campanatore ad Omnes ss. ibidem, Iohanne de Schadek, studente, et me Arnoldo Nicolaj de Cucharj, notario scripti, eiusdem Ploczensis dyocesis etc.[6].

---

[1] 13. VII. [2] 26. VI. [3] Insuperscriptum: »nomine mutui«. [4] 11. XI. [5] 18. XI. [6] Nrum 40 immediate sequitur in Codice: »Die Martis xx Iunij. In causa inter Honorabiles Ffabianum, bacc. de Samotulj, ab vna et Philipum, plebanum in Byezanow, ab altera partibus, dnus rector, alys certis causis occupatus, terminum continuandi alias ad idem faciendum pro octaua die ipsis predictis partibus prefixit et limitauit Arnolphus (sic!), notarius, scripsit ad relacionem dni rectoris«. Sed totam hanc positionem, jam superius, cf. nrum 36, scriptam, notarius propria delevit manu.

41. Die Iouis vj Iulij termini tenti. Thomas, baccalarius Scotus, petit a Iohanne, studente de Cirbark, reddj sibj lectisternia et quosdam libellos, que et quos tenuit idem Iohannes in vim mutuate pecunie xxxvj grossorum. Et studens Iohannes animo litem contestandj dixit, se velle restituere ipsas res dno bacc., si sua mutuata pecunia, videlicet xxxvj, fuerit soluta. Et neuter vtrius mutuum negauit aut detentum. Et ex confessatis huiusmodj ipsorum infra octauam res in altervtro petitas dnus rector restituere et soluere mandauit.

42. Eodem die. Interlocutoria. In causa inter Honorabiles Ffabianum de Samothuli, arcium baccalarium, ab vna et Philipum de Byezanow, plebanum, ab altera partibus, comparendo dictus Ffabianus personaliter coram dno rectore in contumaciam partis, videlicet ipsius Philipi, in termino proximo precedentj oretenus dni rectoris pro pronuncianda voluntate sua citati, interloqui et voluntatem dni rectoris debita cum instancia petiuit. Et dnus rector interloquendo super peticione ipsius Ffabiani et instrumento Philipi prefati, in vim rei iudicate producto, ex quo idem Philipus in sua probacione defecit et rem iudicatam eodem instrumento, quam se obtulerat probaturum, probare nequiuit, per suam sentenciam interloqutoriam, repromiso ipso instrumento, peticioni sev libello ipsius Ffabiani per ipsum Philipum respondendum fore ac citacionem ad idem faciendum, decreuit.

43. Die Iouis xiij Iulij. Constitucio procuratoris. Constitutus personaliter Ingeniosus Iacobus de Glacz, studens, fecit, constituit in suum procuratorem in causa et causis, quam et quas habet uel habiturus est cum quodam Thoma, arcium baccalario Scoto, videlicet Ingeniosum Balthezar de Cymbark, studentem, eciam presentem et onus procuracionis in se sponte assumentem, ad agendum, defendendum, citandum, arestandum res ipsius Scoti in certis suis debitis, et generaliter omnia et singula faciendum, que ipsemet dnus constituens faceret aut facere posset, si premissis personaliter interesset; eciam nomine suo pecunias tollendum, leuandum et de eisdem quitandum et alias in forma meliorj promittens rata, certa atque firma tenere, habere, per ipsum procuratorem suum facta, gesta ac quolibetmodo ordinata in premissis etc. Presentibus ibidem Venerabilj uiro, mgro Iohanne Tosth, decretorum dre, Iohanne de Rava, studente, etc.

44. Die Lune xvij Iulij. Proposicio. Petit Balthezar de Zinnbark, studens Cracouiensis, a Fabiano de Poznania reddj sibj tunicam nigri coloris laboris Bleczensis, in quinque grossis impignoratam, valoris vnius ducati et medij. Et Fabianus animo litem constandj serius [1] renunciando dixit, quod eadem tunica, ut prefertur, sibj impignorata, est sibj sublata de camera, saluis ceteris rebus tam suis quam cohabitancium. Et dominus deliberatus, feria quinta proxima [2] intendit ferre sentenciam, quem terminum eisdem partibus prefixit sub pena excommunicacionis.

[1] »serius«? [2] 20. VII.

45. Iouis vicesima Iulij. In causa inter Balthezar[1], studentem, ab vna et Ffabianum[2] ab altera partibus et consencientibus datur terminus ob spem concordie ad feriam secundam ante Iacobi[3] arbitros locandj, quos tunc nominarunt, Balthezar videlicet mgrum Iohannem Glocz et Philipum, studentem, et Fabianus mgrum Nicolaum Staw et Michaelem, baccalarium a s. Anna, alias ad idem faciendum feria secunda, videlicet sentenciam ferendum.

46. Die, quo supra. Diffinitiua sentencia inter Iohannem de Cirbark et Thomam Scotum, studentem. Citato Thoma Scoto de bursa pauperum per Iohannem de Scirbark[4], et comparentibus personaliter coram dno rectore, petenteque eodem Iohanne, ipsius Thome Scoty res in xxxvj grossis retentas distrahi, alias dnum rectorem voluntatem suam super rebus, de quibus superius actum est, pronunciarj, ipso Thoma Scoto nihil allegante, dnus rector inherendo prime pronunciacioni et decreto superius in actis notato, sentenciam suam diffinitiuam inter ipsas partes in scriptis in hunc modum tulit. Cristi nomine invocato et ipsum pre oculis habentes, iusticiamque ex officio nobis comisso vnicuique ministrare volentes, ex quo Thomas Scotus, morans in bursa pauperum, decreto et sentencie non paruit, a qua eciam infra tempus, a iure concessum, non appelauit, et Iohanne, studente Cracoviensi de Cirbark, parato et volente sentencie et decreto nostris parere, quod et protestatus est, vt hec in actis, coram nobis acticatis, clare continentur notata, petenteque eodem Iohanne, studente, res distrahi dicti Thome in xxxvj grossis detentas, inherendo primo decreto, in actis coram nobis contento[5], diffinimus, decernimus et diffinitum pronunciamus: Quod idem dnus Iohannes, studens Cracouiensis, res predicti Thome Scotj distrahere poterit hoc modo videlicet, quod debet vocare aliquos certos viros bonos, qui vocato dicto Thoma, cuius res sunt, ipsas res predictas pensabunt et taxabunt, quibus sic per eosdem pensatis et taxatis, si fuerint maioris precij, quam dictum mutuatum, debebit ipse dominus, retinens ipsas res, talem excrescenciam reddere dicto Thome, vel ipse Thomas, quod est gracie, poterit ipsas soluta pecunia redimere et rehabere, et hoc infra quindenam a die presente computando. Lecta, lata et in scriptis pronunciata est hec sentencia diffinitiua per Venerabilem virum, dnum Stanislaum de Sadek, s. theologie professorem, canonicum s. Floriani ac rectorem Alme Vniuersitatis Studij Cracouiensis, anno Dni millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, indicione secunda, pontificatus ss. in Xristo patris dni Pauli diuina prouidencia pape secundj anno ipsius quinto, die vero Iouis xx mensis Iulij in Collegio artistarum et domo sue proprie habitacionis. Presentibus ibidem Iohanne de Rava, studente, et me Arnoldo de Cucharj, imperialj auctoritate et coram supradicto dno rectore actorum scriba.

47. Die Saturni antepenultima mensis Iulij[6]. Facta relacione per Paulum, communem seruitorem Vniuersitatis alias sapien-

---

[1] de Cimbark. [2] Poznanitam. [3] 24. VII. [4] »Scirbark«, sic! [5] Cf. nrum 41. [6] 29. VII.

ciam, citasse se Discretum Stanislaum, de scola s. Stephani studentem, ad instanciam Ingeniosi Iohannis de Cracouia, studentis, et comparentibus personaliter coram dno rectore, idem Iohannes, studens de Cracouia, contra eundem Stanislaum verbo proposuit, quomodo apud eum idem Iohannes librum suum, continentem in se »Computum cirometralem«, »Algorismum« et »Fallacias communes«, reperisset, quem et sibj restitui petiuit, aut valorem eius vnius fertonis. Qui respondit, ipsum librum habuisse se et in certis rebus, ibidem perditis, retinuisse. Interrogante eum dno rectore, qua auctoritate ipsum librum retinuisset circa se ipsius Iohannis, respondit, propria, Iohanne protestante. Et ob hoc dnus rector, producto ipso libro per ipsum Stanislaum, ipsum prefato Iohanni, cuius fuit, restituere mandauit ac restituit etc.

48. Die Saturni quinta mensis Augustj. Obligacio. Stanislaus de Mogylnijcza ex decreto dni rectoris infra hinc ad festum s. Stanislaj proxime venturum[1] vnum ducatum Mathie de Brzesth soluet, et nichilominus in vim melioris cautele et certitudinis apud acta rectoratus duos libros, videlicet »Cronicam Polonorum«[2] et Magnum Albertum racione pignoris reliquit, quos si eodem tempore non distraxit[3], idem Mathias in vim pecunie sue, florenum videlicet, ad distraccionem huius pignoris procedet. Presentibus Nicolao de Lynow et Iohanne de Szadek[4].

49. Eadem die. Obligacio. Constitutus personaliter apud acta Honorabilis Venczeslaus, arcium baccalarius, recognouit, se tenerj Venerabilj dno mgro Stanislao de Brzesijna, racione suppilicij, per ipsum Venczeslaum empti, vnam marcam cum sex grossis, pro festo s. Michaelis[5] soluendam, sub pena excommunicacionis. Presentibus Iohanne de Szadek.

50. Obligacio. Stanislaus de Pruszynovycze, studens Cracouiensis, clericus Ploczensis dyocesis, confessus est, se in mutuum accepisse apud Honorabilem Iacobum de Lijpovyecz eiusdem dyocesis, notarium dni Derslaj, scolasticj Ploczensis, mediam marcam pecuniarum communium, quam in partibus suis de voluntate ipsius dni Iacobj, renunciando omnibus excepcionibus, cuidam Anne, sororj ipsius Iacobj, infra hinc ad festum s. Michaelis[5] sub pena excommunicationis[6]. Presentibus Iohanne de Vynijcza, Alberto de Sabyczyno etc.

51. Die Martis octaua Augusti. Constitucio. Constitutus personaliter Prouidus Paulus Voynyczskij, ciuis Cracouiensis, constituit in suum procuratorem, videlicet Discretum dnum Iohannem Voijczijk, cantorem chorj ecclesie maioris Cracouiensis, ad repetendum pecunias, nomine ipsius dni constituentis a quodam baccalario Michaele Placzijch

---

[1] 27. IX. [2] Vincentii Kadłubkonis. [3] Insuperscriptum: »exemit«. [4] In margine nri 48 adscriptum: »Iam apud dnum rectorem pecunias reposuit idem debitor«. [5] 29. IX. [6] solvere promisit.

tentas sibj dno constituenti, et alias causam prosequendum pro eisdem coram dno rectore Vniuersitatis, generaliter omnia faciendj, que fuerint necessaria circa premissa, eciam pecunias leuandj et de eisdem quitandj, promisit rata, grata per ipsum suum procuratorem facienda, gerenda et exercenda tenere. Presentibus Iohanne Bartholomei de Rava, studente, Arnoldus, notarius actorum, subscripsit.

52. Die nona Augustj. Citato mgro Nicolao de Cracouia et comparente coram dno rectore Iacobus de Orzechow [1], dispensator mgrorum Collegij artistarum, contra eundem verbo proposuit, quomodo olim Iohannes Gosczijradowskij, in humanis agens, nuper uita functus, apud ipsum Iacobum tres fertones cum vno floreno in auro in mutuum spe soluendj accepisset. Quibus pecuniis sic mutuatis et non persolutis, ut Deo placuit, ab luce hac recessit, ipsum mgrum Nicolaum principalem executorem sui testamenti et vltime voluntatis legittime constituendo, ideo ab ipso mgro Nicolao, tanquam principalj executore et commissario huiusmodj olim Iohannis testati, predictos tres fertones cum vno ducato et per ipsum persolui et restitui petiuit. Qui quidem mgr. Nicolaus prefatus comparens, allegauit, quendam alium suum coexecutorem fuisse, videlicet Mathiam, apothecarium, cui equaliter per ipsum testatorem in rebus predicti testatoris relictis dispensandj et debita soluendj testamentaliter potestas collata est, et ob hoc per se absque voluntate sui coexecutoris ac specialj informacione et consilio peticioni ipsius Iacobj, actoris, non posse neque debere, vt ergo ipsum Mathiam, apothecarium, adire possit, consulere ac informarj de hoc negocio, alias terminum deliberandj petiuit. Quem de mandato dni rectoris ad Sabbatum proximum [2], videlicet post b. Laurencij, obtinuit, et ibidem est ad proposicionem predictam responsurus. Presentibus ibidem Mathia de Zalesie, Stanislao de Lanija, Iohanne de Rawa, studentibus Cracouiensibus, etc.

53. Die Saturni xij Augusti. Mgr. Nicolaus de Cracouia, rector scole s. Marie et executor testamenti olim Iohannis Gosczijradowskij, ad proposicionem Iacobj de Vrzadow [3] respondendo, prout terminus requirebat, negauit narrata, prout narrantur animo litem contestandj, et petiuit petita fieri non debere, animo litem contestandj [4], saluo eo, quod testamentaliter sibj legatum est, videlicet tres fertones. Et idem Iacobus residuum, videlicet vnum florenum, per illum olim testatorem sibj fore tentum, obtulit se probaturum ad feriam secundam proximam [5] testibus ydoneis, quos tunc nominauit, videlicet [4].

54. Die Saturni xij mensis Augusti. Obligacio. Ingeniosus Petrus Comorowskij, studens de bursa pauperum, ex decreto dni rectoris infra hinc ad tres septimanas vnum florenum Famoso Stanislao Llaudamus, ciui Cracouiensi, alias in absentia sui vxorj sue est soluturus, sub pena excommunicacionis. Presentibus Iohanne Lysopalka, Iohanne de Rava, studentibus.

---

[1] alias de Urzędów. [2] 12. VIII. [3] alias de Orzechów. [4] Sic! [5] 14. VIII.

55. Die Lune xiiij Augusti. Iacobus de Vrzadow, dispensator Collegij [1], reproducta citacione, debite executa in sua causa, induxit testes, videlicet Albertum, vicarium ad s. Annam, Nicolaum, clericum de Lelow, a quibus petijt iuramenta recipi et eos examinarj. Presente eciam mgro Nicolao de Cracouia, contra quem inducebantur, renunciante dacioni interrogatoriorum et protestante de excipiendo, a quibus receptis iuramentis, eodem die examinati sunt per me notarium de mandato dni rectoris. Presentibus ibidem Mathia de Zalesye, Iohanne de Rawa, studentibus.

56. Termini limitacio. Constituti personaliter apud acta dnus Mathias, dr. de Sanspow, ab vna et Ingeniosi Dionisius et Briccius, studentes, ab altera, terminum, quem pro presenti die habuerunt coram dno rectore, inter se limitarunt infra hinc ad festum s. Michaelis proxime venturum [2] ob spem concordie. Et interim infra hoc tempus consenserunt, vt res, videlicet pluuiatica, tunica, puluinar, liber, biretum et duo cimisi [3], arestata per seruitorem Vniuersitatis ex parte ipsius dni dris Sanspow, maneant et sint infra hoc tempus intacta et a nullo vendi, distrahi uel moueri debeant absque scitu et voluntate ipsius dni dris. Presentibus ibidem Stanislao Szijska, Stanislao a dno Brzeszijna.

57. Obligacio. Ambrosius de Prussia, studens Cracouiensis, obligauit se soluturum ix grossos cuidam H., mulierj de Wratislauia, pro festo Natiuitatis Xristi proxime venturo, sub pena excommunicacionis. Presente Mathia, sapiencia, et Iohanne de Rava.

58. Die Saturni xix Augustj. In causa inter Iacobum [4], dispensatorem Collegij artistarum, et mgrum Nicolaum de Cracouia pendet terminus ad feriam secundam proximam [5], ob spem concordie inter ipsos per dnum rectorem limitatus, alias feria secunda ad idem faciendum, videlicet sentenciam ferendam etc. Presente mgro Matheo et Paulo, sapiencia.

59. Eodem die. Debiti resignacio. Bartholomeus de Przeworsko, studens, aput acta confessus est, tenerj Honeste Marthe, in domo viciniorj Collegio habitanti, mediam sexagenam communis pecunie, racione cuius pecunie repetende designauit et assignauit sibj apud mgrum Nicolaum Cracowskj eciam mediam sexagenam tollendam et leuandam, in vim huiusmodj debiti sibj Bartholomeo, ut asseruit, pro lecto corregiato [6] tentam et debitam. Presentibus Ieronimo Oszvanczijm, Alberto Voyth, Staph, seruitoribus etc.

60. Caspar de Apperies proposuit contra Michaelem de Vngaria verbo proposuit [6], quomodo idem Michael animo dehonestandi et infa-

---

[1] artistarum. [2] 29. IX. [3] »cimisi« sic! [4] de Orzechów alias de Urzędów. [5] 21. VIII. [6] Sic!

mandi ipsum Caspar incusauit et cuiusdam anuli sui receptorem publice obiecit coram pluribus personis sexus vtriusque, quam iniuriam, infamiam, dehonestacionem et fame denigracionem, pariter cum suo iuuene Stanislao, quem eciam similiter sublatorem anuli sui appelauit, ad centum florenos ext-mat, petens, ipsum in eisdem condempnarj.

61. Die Martis xxij Augusti. In causa inter Barbaram de Cracouia et Caspar de Apperies, studentem, in vna, ac inter ipsum Caspar et Michaelem de Vngaria, studentem, in alia causa, terminus ob spem concordie ad Sabbatum proximum [1] continuatur alias ad idem faciendum. Presentibus Paulo et Mathia, sapiencijs.

62. Die Veneris xxv [2] Augusti. Obligacio. Ingeniosus Nicolaus de Pleschowo, minister ecclesie in Beszcze, obligat se soluturum Ingenioso Paulo de Sneijna, studenti, vnum fertonem infra hinc ad festum s. Michaelis [3] sub eisdem censuris, quibus fuerat ad instanciam eiusdem Pauli ab auditorio dni officialis Cracouiensis innodatus, et renunciando omnibus excepcionibus et in iurisdicionem dni rectoris se submittens. Presente Iohanne de Rawa.

63. Honesta dna Kaza Niclosowa de platea Fratrum, ciuis Cracouiensis, recognouit, sibj satisfactum fuisse per Ingeniosum Iohannem de Golavijno pro debito xij florenorum, debitorum et in acta rectoratus repositorum, et sibj in absolucionem consensit, reseruatis adhuc super eo Iohanne xx grossis racione expensarum et processuum, quos ad primam uisionem sui in Cracouia se soluere obligauit. Presente Bartholomeo de Ianowo mijastho, studente.

64. Die Saturni xxvj Augusti. Obligauit se soluturum Ingeniosus Iohannes Byerijksschengel, baccalarius de Noua ciuitate, Honeste dne Katherine, pistrici de Cracouia, quatuor florenos absque octo grossis infra hinc ad proximum autumnale festum s. Stanislaj [4], racione expensarum, per ipsum Iohannem apud prefatam dnam Katherinam factarum, sub pena excommunicacionis. Presentibus ibidem Iohanne, bacc. Sclawo, locato de scolis s. Marie, Iohanne de Rava, studente.

65. Obligacio. Ego Thomas de Scocia, baccalarius de bursa pauperum, recognosco manu propria, Venerabili dno Stanislao Schadek, rectori Alme Vniuersitatis, vnum fertonem teneri, quem presente scripto manus proprie obligo me sub eisdem penis et censuris, quibus enodatus [5] fuj, infra hinc ad vnum mensem soluere, pene per me racione inobediencie tente [5].

66. Obligacio. Anno Dni 1469. Iacobus de Domanyevijcze infra hinc ad vnum mensem ex suis confessatis quatuor grossos per dnum

---

[1] 26. VIII. [2] In Codice erronee: »xxvj!« [3] 29. IX. [4] 27. IX. [5] Sic!

rectorem Ingenioso Nicolao de Louicz, studenti, soluere condempnatus, sub pena excommunicacionis. Presentibus dre Clemente, Iohanne de Rava.

67. Limitacio. In causa inter Barbaram de Cracouia et Caspar, studentem de Apperies, datur terminus ad idem faciendum feria tercia proxima [1] hora xx, hoc idem inter ipsum Caspar et Michaelem de Vngaria. Presentibus Paulo et Mathia, sapiencijs.

68. Petrus Comorowskj, studens, ad instanciam Marci de Mlinoga, studentis, et Mathie Laudamus, ciuis Cracoviensis, contumax pronunciatus per eosdem. Presente dre Clemente et Iohanne de Rawa.

69. Die Solis xxvij Augusti. Obligacio. Honestus Nicolaus, balistator, ciuis de Cracouia, filius Habervoijth, comparans personaliter apud acta rectoratus, confessus est, se in mutuum apud Venerabilem dnum Stanislaum Zavada, professorem s. pagine etc., quatuor florenos accepisse, quos, renunciando omnibus excepcionibus et se iurisdicioni et censuris dni rectoris subiciendo, infra hinc ad festum Natiuitatis Dni proximum eidem dno creditorj se soluere et restituere obligauit. Presentibus Iohanne, pincerna Collegij [2], Iohanne de Rava, studente et seruitore dni rectoris, et me Arnoldo, notario. Obligacio superior pro dno Zavada.

70. Die Martis antepenultima Augusti [1] anno 1469. Petrus Comorowskj, studens Cracouiensis, infra hinc ad octauam ex suis confessatis condempnatus est Ingenioso Marco, studenti burse pauperum, gladium, mutuatum sibj per ipsum Marcum, aut valorem eius restituere. Presentibus Paulo et Mathia, sapiencijs.

71. Constitucio procuratoris. Mgr. Michael de Palocz comparens personaliter apud acta, fecit, constituit in suum procuratorem, videlicet Honorabilem Ladislaum de Karol, presbiterum et studentem, presentem et in se onus procuracionis sponte assumentem, ad tollendum, leuandum, exigendum quecunque debita, apud acta uel alias sibj dno Michaeli obligata, et alias citandum, agendum, monendum pro eisdem, de receptis quitandum et generaliter omnia et singula faciendum, gerendum, exercendum, que circa premissa fuerint necessaria, alias in forma meliorj cum clausulis opportunis promisit rata, grata, per ipsum suum procuratorem Ladislaum facta et quolibet modo facienda. Presentibus dno rectore et mgro Petro de Mstyczow, Iohanne de Rava.

72. Barbara Casparowa de Cracovia proposuit contra Caspar de Apparias, quod licet de anno presenti ipso die s. Georgij [3] ipsum, ut filium eius nomine Stanislaum lecciones, gradum baccalarii concernentes,

---

[1] 29. VIII. [2] artistarum. [3] 24. IV.

edoceret et propter huiusmodj informacionem expensas apud ipsam haberet, lapsis duabus septimanis, viso, quod dictus Caspar filium suum, ut debuit, non informat, ipsum his verbis est allocuta, dicens: Bone filj, ex quo non adhibes diligenciam in docendo meum filium, scias, quod iam amplius apud me expensas non habebis, et si intrare ad mensam amplius uis, soluere debes, ut alij, ipso tacente et verbis ipsius consenciente et non contradicente. Qui Caspar post huiusmodj monicionem et licenciaturam apud ipsam decim octo septimanis expensas continuauit, petens ab eodem ebdomadatim per vnum fertonem. Et ex aduerso dicto Caspar, principalj, animo litem legittime contestandj allegante et dicente, quod comedit expensas tam dudum, in quantum sibj licenciam non dedit inuenemque suum informauerit et in cleuicordio instruxerit, ac »Tercium tractatum« Petri Hispani et »Parva naturalia« integrum et totaliter persumpserit, in presencia dicte Barbare et Stanislao filio, negantibus narrata vtrisque partibus. Et datur terminus partibus hinc inde probandj, videlicet Barbare ipsum Caspar in duabus septimanis de ampliorj non continuacione expensarum sub talj filij informacione, sed more ceterorum septimanatim comedencium, sub solucione monuisse et auisasse, ac Caspar sibj Stanislao, filio Barbare, »Tercium tractatum« integrum perresumpsisse Petrj Hyspani, ad viijam. Ac eciam dominus decreuit restitucionem rerum sibj Caspar, data sufficiente caucione per ipsum Caspar in auro et argento. Presentibus Paulo et Mathia, sapiencijs.

73. Die vltima Augusti[1]. Pena vallata. Petro Comorowskj, studente, et Mathia Laudamus, ciue Cracoviensi, coram dno rectore comparentibus ac sibj in alterutrum quedam verba minatoria, infamatoria ac diffidacionum prorumpentibus, dicenteque ipso Mathia, ciue Laudamus, quomodo alias eciam in ipso Mathia Laudamus, ciue, pro parte dicti Petri Comorowskj per dnos consulares Cracouienses pena pacis et concordie, vnionis ac securitatis quinquaginta marcarum sit interposita, vallata et declarata, promulgataque tanquam in ciue, dnus eciam rector auditis hijs allegacionibus, ex officio suo pro securitate et pace parcium inter ipsum Petrum Comorowskj, studentem, de iurisdicione sua et in ipso[2] ac Mathiam Laudamus, ciuem Cracouiensem, predictos, penam eciam treugarum quinquaginta marcarum vallauit, nec non sub penis et censuris excommunicacionis in ipsum Petrum Comorowskj, studentem, contravenientem, ferendam et promulgandam interdixit, interposuit, vallauit et promulgauit, probato de contrario tollendam, leuandam et irremissibiliter expagandam[2] ab ipso Comorowskj per dnum rectorem. Presentibus ibidem Cristino de Mlinoga, studente, Mathia, sapiencia.

74. Die Iovis[3] vltima Augusti. Obligacio Pilcze. Comparens personaliter apud acta Ingeniosus Michael de Noua ciuitate, studens Cracouiensis, confessus est, tenerj mgro Iohanni Pylcza etc. vnum florenum in auro intuitu resumpcionis et xix grossos racione census domus

[1] 31. VIII. [2] Sic! [3] In Codice: »Mercurij«.

et mutui, quas quidem pecunias infra hinc ad festum s. Martini proximum [1] idem debitor eidem creditorj obligauit se soluturum sub pena excommunicacionis. Presentibus ibidem Iohanne de Rava, seruitore dni rectoris, et me Arnoldo, notario [2].

75. Caspar de Apparias, studens, per vim concordie confessus est, Barbare de Cracouia tres florenos tenerj, quos infra hinc ad festum s. Stanislai [3] soluere debet, omnibus accionibus et liti, inter easdem partes quocunque modo subortis, renunciando, ac ipsa Barbara persecucioni libellj sui infamatorij, contra ipsum Caspar dati, cessit et renunciat. Et idem Caspar in vim certitudinis huiusmodj debiti tunicam in pignore ad exempcionem eiusdem, uel ydonei fideiussoris locacionem, euiccionem, apud dominum reliquit. Presentibus Paulo et Mathia, sapienciis.

76. Die vltima Augusti. Obligacio Brzesine. Constitutus personaliter Honorabilis dnus Petrus Lijpijenskj, presentatus et comendarius ecclesie in Dobrzechow, in presencia dni rectoris et apud acta eiusdem confessus est sponte, se in tribus florenis et vno fertone Venerabili mgro Stanislao Brzesina, canonico s. Floriani etc., obligatum fore, ac eosdem tres florenos cum vno fertone eidem mgro Stanislao tenerj racione equi, per ipsum dnum Petrum empti. Quos quidem tres florenos et fertonem idem debitor predicto dno creditorj pro omnibus dilacionibus, renunciando omnibus excepcionibus quorumcunque propriorum iudicum, quibus se tenerj posset, et iurisdicioni censurisque dni rectoris Vniuersitatis Cracouiensis se subiciendo, infra hinc ad festum s. Michaelis proxime venturum [4] soluturum obligauit. Presentibus.

77. Die prima mensis Septembris. Constitucio procuratoris. Constitutus personaliter Ingeniosus Mathias de Brzesth apud acta, fecit, constituit in suum procuratorem, videlicet Mathiam de ibidem, presentem, ad tollendum et leuandum certas pecunias, sibj predicto Mathie alias in eisdem actis rectoratus per Stanislaum de Mogylnijcza obligatas, ac de eisdem quitandum et de ampliorj non exigendo paciscendum, nec non, si necesse fuerit, pro eisdem pecuniis obligatis agendum, uel in eodem pignus exigendum, proponendum, generaliter omnia faciendum, processus opportunos exigendum, que ipsemet principalis Mathias, constituens, faceret aut facere posset, si premissis personaliter interesset, promittens rata, grata [5]. Presentibus Ingeniosis Nicolao de Linow, Iohanne de Rava, ibidem studentibus.

78. Die Saturni ij Septembris. In causa inter Paulum Voijnijczskj, ciuem Cracoviensem, et Michaelem [6], baccalarium iuris, ex decreto domini terminus pendet ad octauam deliberandi super sentencia ferenda.

---

[1] 11. XI. [2] »et me Arnoldo, notario«, deletum. [3] 27. IX. [4] 29. IX. [5] In margine: »Idem procurator ipso die s. Stanislai (= 27. IX) in actis tulit pecunias per manus domini«. [6] de Warta.

79. Obligacio. Ingeniosus Iohannes de Galavino, studens, obligauit se soluturum Discreto Mathie de Cracouia, presbitero, ad suum redditum in Cracouiam, videlicet ipsius Iohannis, octo grossos residij [1] debiti sub pena excommunicacionis. Presentibus Bartholomeo de Ianow, studente, Iohanne de Rava.

80. Idem Iohannes Honeste dne Kaze Niclosova, ciui de Cracouia, xx grossos infra hinc contraueniendo ipsum in Cracouia constitui contigerit sub eisdem censuris, prius in ipsum ad instanciam eiusdem Kaze latis [2], soluere se obligauit [3]. Presente Petro Comorowskj, studente.

81. Die Martis quinta mensis Septembris. In causa inter dnam Barbaram de Cracouia et Caspar, studentem de Apparias, dominus ad idem faciendum feria quinta proxima [4] terminum partibus assignauit probandi suas intenciones.

82. Die quinta mensis Septembris. Comparente mgro Petro de Mstijczow instanterque petente, mgrum Mathiam de Szydlow, in termino prefixo nihil facientem nec excepciones sev causas, quas se pro termino eodem daturum obtulerat, dantem, sentencias in monitorio contentas contra ipsum mgrum Mathiam incidisse declararj ac robur monicioni delui, dnus rector ex superhabundanti citacionem contra reum pro prima iuris ad docendum se monicioni paruisse, alias ad declaracionem ipsius processisse ac monicionem execucioni demandare [3], terminum decreuit. Presente dno dre Lathoschijnskj.

83. Die Iouis vij Septembris. Petrj de Mstyczow ab vna et Mathie de Szijdlow, maijstrorum de domo Ierusalem ab altera partibus, dnus rector comparentibus eisdem partibus [3], volens eosdem ad vnionem pacis et concordie inducere, tale medium per modum concordie et amicabilis composicionis inter eosdem mgros predictos, exauditis ipsorum allegacionibus, altercacionibus et accusacionibus, reperit, laudauit et arbitratus est de consensu eorundem. Inprimis sopitis, mitigatis, sublatis et extinctis omnibus litibus, controuersijs, opposicionibus, uexacionibus, inter eosdem quoquo modo, domestico, iudicialj et extraiudicialj, suscitatis et enisis ac tempore ipsorum dissensionis et controuersie motis, pacem mutuam, caritatem, condignum honorem et reuerenciam in domo, extra ubique tenere, habere, impendere et exibere, ac se caritatiue et fraterne, ut mgros et domesticos decet, amplecti. Ac ipsi eciam mgrj, animis ipsorum sic mulctis et immutatis, id ipsum laudantes, approbantes, in bonum pacis et caritatis aspirarunt altervtro omnes lites, controuersias, discordias, dissensiones, displicencias, rancores et odia domestice, iudicialiter et extraiudicialiter, siue quoscunque domesticos excessus: ipse mgr. Mathias, ut senior domus, et mgr. Petrus per viam et modum appellacionis, ad dnum rectorem interposite, a tempore ipsorum

---

[1] »residij«, sic! [2] Cf. nrum 63. [3] Sic! [4] 7. IX.

eiusdem domus inhabitacionis motos, suscitatos et occasione omnium preteritorum in actenus[1] mouendos indulsit, pepercit, remisit et indulsit, spe, intencione et promissione eadem, inter eosdem habita et coram dno rectore tunc expressa, divolgata, ac forte presertim preterita mouenda ac suscitanda nunquam suscitandi, mouendi, obiciendi, excessus quoscunque sic preteritos penandi, aut penas occasione ipsorum exigendi ac dictis ipsorum et gestibus, sic inter se collatis fraterne et habitis, mentem et animum ipsorum confirmantes ac humanitatem suam effectualiter in vim omnia parcendi[2]. Quam manifestacionem manuum propriarum tradicione ac stipulacione mutuaque amplexacione ac verbalj sufficienti reconciliacione, omnia premissa confirmarunt, consumarunt et validarunt. Presentibus ibidem Ingeniosis et Circumspectis Nicolao de Opathovyecz, procuratore causarum consistory Cracouiensis, Caspar de Apparias, studente, Iohanne de Rawa et me Arnoldo de Cucharj, notario.

84. Die Saturni ix Septembris. Remissio. In causa inter Matheum, presbiterum de Cracouia, et mgrum Iohannem[3], plebanum s. Anne, dominus allegante mgro Iohanne, causam pertinere ad forum dni officialis[4], ex quo agitur pro rebus ecclesie, ipsam causam, partibus consencientibus, ad dnum officialem remisit. Presentibus Mathia, sapiencia, Caspar de Apparias, studente, Henrico, baccalario.

85. Obligacio. Henricus, baccalarius, infra hinc ad quindenam ex confessatis suis, iuxta decretum dni rectoris, Ingenioso Nicolao de Prosevijcze, dispensatorj burse Ierusalem, xiiij grossos soluere est condempnatus, racione composicionis burse, pro eodem Henrico facte. Presentibus in actis.

86. Die Saturni xvj Septembris. Michael de Goszle[5] Morauie, studens Alme Vniuersitatis Study Cracouiensis et clericus diocesis Olomunczensis, petit triginta ducatos ab Ingeniosis Stefano de Longa uilla, Balthezar, Mathia Trencz, Conrado de Freijstath, Thoma de Gubin, Herhardo, Iohanne de Stropka, studentibus de domo alterius partis burse Ierusalem Cracouiensibus, personaliter comparentibus, racione sue offense et percussionis et crinisacionis. Qui quidem ex aduerso animo litem contestandj confessi sunt, quod duo nostrum, scilicet Stefanus de Noua uilla et Conradus de Freijstath, percusserunt seu per crines traxerunt eum, nostro tamen omnium consensu accedente. Et dominus pro sentencia proferenda in causa hac wlt deliberare ad primam iuris et ibj suam intencionem manifestabit. Causam percussionis allegantes, quod nos idem Michael coram pluribus bonis infamasset. Ffacta relacione per Paulum, sapienciam, citasse Michaelem de Coszle[6], contra quem Stefanus de Noua uilla proposuit, quod idem Michael ipsum Stefanum in camera sua crinisasset et percussisset, libere ingredientem, petens ra-

---

[1] = hactenus. [2] »omnia parcendi« ? [3] Proger. [4] ecclesiae cathedralis Cracoviensis. [5] »*G*oszle«, sic! [6] »*C*oszle«, sic!

cione iniurie ab eodem xx florenos. Qui respondendo dixit, se mutuo percussisse cum eodem. Et dominus sub eodem termino prima iuris diffiniet.

87. Saturni xxiij Septembris. In causa inter Nobilem Iohannem de Rudow et Ingeniosum Nicolaum Gasynskj, studentem, idem Nicolaus Gasynskj, studens, respondendo ad libellum eiusdem Iohannis de Rudow, pridie oblatum, verbo generaliter negauit narrata et petiuit, petita fieri non debere, animo litem contestandi. Et ibidem ab eisdem partibus, instantibus et petentibus, dominus iuramentum calumpnie de veritate dicenda et falsitate vitanda in manibus suis iurantibus, omnia capitula iuramenti in se complectens, recepit, terminumque actorj ad articulandum eundem suum libellum, prius oblatum, primam iuris prefixit. Presentibus Petro Ostrolanczskj, studente.

88. Die Saturni xxiij[1] Septembris. Appolonia Closova de Cracouia petit a mgro Iohanne Laijthmijczer tres florenos, quos sibj ex caucione fideiussoria, pro quodam Iohanne de Franthkwrth a quatuor annis facta, tenetur. Et mgr. Iohannes negat narrata, prout narrantur, animo litem contestandj, et illa deficiente in probacione defert iuramento eiusdem mgrj Iohannis. Et mgr. Iohannes ex aduerso dixit, se non debere compellj ad iuramentum. Dominus vero in octaua interloquetur, an id iuramentum, reo per actricem delatum, sit suscipiendum vel ab eo absoluendus.

89. Mgr. Iohannes Pijlcza, senior burse diuitum, personaliter comparens, Iacobo, baccalario de Dersaw, in absolucionem consensit a sentenciis excommunicacionis et aggrauacionis, quibus extitit innodatus. Quem dnus rector ab eisdem censuris absoluit et literas absolucionis decreuit dandas etc.

90. Die Iouis xxviij Septembris. Albertus de Gruthno, in bursa pauperum studens, contra Iohannem de Rzeschow verbo proposuit, quod die exclusionis ipsius Iohannis ex eadem bursa pauperum ipsum Albertum leuatorio cum inmundicijs percussit et iniuriam ad lx florenos extimauit. Ex aduerso reus litem contestando confessus est, ipsum aqua perfudisse, sed non leuatorio percussisse. Datur terminus actorj probandi ad primam iuris.

91. Mathias de Brzesijnij pronunciatus est contumax ad instanciam Stanislaj Bagathko[2] per dnum rectorem.

92. Saturni vltima Septembris[3]. In causa inter Albertum de Gruthno et Iohannem de Rzeschow, studentes, datur terminus ob spem concordie infra hinc ad octauam alias in octaua ad ferendam sen-

---

[1] In Codice »xxvij«. [2] »Bogathko« correctum in »Bogathkj«. [3] 30. IX.

tenciam, idemque reus fertonem Vniuersitati pro pena ad eundem terminum soluet. Presentibus ibidem Petro in Dobrzeschow, comendario, Martino, vicario ibidem, etc.

93. Die, quo supra. Confessio. Venerabilis dnus Stanislaus Sadek, canonicus s. Floriani, plebanus in Mstijczow, confessus est, omnia suppellectilia domus ecclesie in Dobrzechow plebanalis, pecora pecudesque, demptis mensa oblonga, cista, gallis, linteribus, quam hucusque tenuit et tenet, Discretorum Iohannis et Martini, vicariorum ac tempore sue tenute arendariorum, fuisse et esse, nec aliquid proprij preter huiusmodj suam mensam et cistam, dno Iohanni datam, ibidem per ipsum dnum Stanislaum habuisse, hoc per expressum confitens coram dno Petro [1], in huiusmodj ecclesiam in Dobrzeschow ex causa permutacionis cum ipso dno Stanislao, dre, succedentem et in acta rectoratus hanc suam confessionem mihi notario mandans. Presentibus ibidem Petro de Goszlow, baccalario, Mathia, sapiencia. — Arendacio ecclesie in Dobrzechow anno Dni mccccIx nono, indiccione secunda pontificatus ss. in Xristo patris dni Pauli diuina, prouidencia pape secundi, anno ipsius sexto, die vero Saturni vltima mensis Septembris in domo habitacionis Venerabilis mgri Stanislaj de Sadek, s. pagine professoris, canonici s. Ffloriani rectorisque protunc Alme Vniuersitatis Study Cracouiensis etc., ibidem in presencia eiusdem dni Stanislaj de Sachadek [2], dris et rectoris predicti etc., meique notarij publici et testium infrascriptorum ad hoc vocatorum et rogatorum. Constituti personaliter apud eadem acta rectoratus Honorabiles dni Petrus Lypijenskj, comendarius et investiendus ecclesie in Dobrzeschow ab vna, et Martinus cum Iohanne, vicarij ibidem in Dobrzeschow, ab altera partibus, non compulsi, non coacti, sed mente deliberata ac deliberacione inter eosdem prehabita, omnibus excepcionibus, opposicionibus, contradiccionibus quorumcunque iudicum ecclesiasticorum propriorum renunciando, et se vnusquisque ipsorum iurisdicioni, potestati, cohercicioni, censuris predicti dni Stanislaj, dris et rectoris, ac suis successoribus rectoribus subiciendo, confessi sunt, idem dnus Petrus Lypyenskj, comendarius et investiendus ad ecclesiam in Dobrzechow predictam, quomodo omnes et singulos fructus, proventus, decimas manipulares et pecuniarias, missalia, colandam, offertorium cum agris sev dote ecclesie predicte, cum omnibus alys proventibus predictis Martino et Iohanni a festo s. Martini proximo [3] ad aliud immediate sequens [4] arendauit, ac ipsi dni Martinus et Iohannes in solidum manu coniuncta, quod racione huiusmodj arende predicto dno Petro, comendario, vigintj sex marcas tenentur et sunt obligati, ita videlicet, quod omnes decime pecuniarie ac quicunque proventus pro festo s. Martini proxime venturo provenientes anni presentis, demptis iam manipularibus et alys proventibus eiusdem anni presentis, per ipsum dnum Petrum perceptis, deinceps ad aliud festum s. Martini proxime affuturum, videlicet anni Dni millesimi quadringentesimi septuagesimi, cum manipularibus, predialibus ac dote ecclesie eiusdem et

[1] Lipieński. [2] »Sachadek«, sic! [3] 11. IX. [4] 11. XI 1470.

quicunque infra hoc tempus fructus et proventus provenire possunt, continuando per ipsos Martinum et Iohannem tollj, capi et percipi debent, ac ipsi arendarij sibj, dno Petro, arendatorj, infra hoc idem tempus, videlicet xxj marcas, demptis quinque, quas ab eisdem dnis arendarijs idem Petrus confessus est se accepisse, ad hunc nunernm viginti sex marcarum per terminos, videlicet ad Natiuitatis Xristi proximum vnam, reliquam ad Pasche[1], vltimam circa finem arende presentis festa, immediate se sequencia, soluere debent. Ac eciam idem dni arendarij sibj, dno Petro, arendatorj, per huiusmodj tempus arende stacionem metsecundo et duobus equis octo septimanarum, siue coniunctim ibidem ipsum morarj contigerit, uel successiue redeundo et capellam huiusmodj suam auisando per duas septimanas steterit, ad explecionem huiusmodj octo septimanarum uictualibus competentibus et equis ministrabunt et prouidebunt. Nec non si infra hoc tempus arende contribuciones alique communes, regales uel episcopales exigerentur, per ipsum dnum Petrum debent solui aut per ipsos arendarios ad racionem pecuniarum ipsius dni Petri, aliter si, quod absit, valide manus et uiolente aliquorum bellatorum uel in expedicionem bellicam euncium quorumcunque potentum, quibus resistere idem dni arendarij minime possent, diligencia tamen coram adhibita ut circa indemnitatem in huiusmodj fructus et decimas reiecte fuerint et aliqua dampna in eisdem patrauerint[3], alternatim et mutuo inter eosdem dnos, Petrum, arendatorem, et Martinum cum Iohanne, arendarios, in solidum manu coniuncta socios, compensarj debent per medium. Item in repeticione, exaccione decimarum et proventuum huiusmodj processus et alia omnia nomine et sumptibus ipsius dni Petri debent repeti exigique fulminarj. Et hec omnia ad tenendum, seruandum se in manibus dni rectoris, renunciando omnibus excepcionibus, se[3] submiserunt. Presentibus ibidem Honorabilj et Discretis Petro, baccalario et rectore scole s. Anne de Goszlow[3], clerico Gneznensis, Mathia de Brzesini, Mathia, sapiencia, Vniuersitatis seruitore, Poznaniensis, Cracouiensis diocesis.

94. Pronunciacio contumacis. Briccius et Dionisius, studentes, pronunciati sunt contumaces per dnum rectorem ad instanciam dris Sanspow ob non paricionem termini, ex limitacione pro festo s. Michaelis[2] assignati.

95. Die Martis iij mensis Octobris[4]. Appolonia Clusowa, ciuis de Cracouia, iuramentum mgro Iohanni Laythmiczer occasione trivm florenorum, petitorum ab eodem, delatum remisit, solum idem mgr. scriptis cooperaturum ad debitorem ipsius dne se promisit. Presentibus ibidem Mathia, sapiencia.

96. Saturni vij Octobris. Die Saturni vij Octobris dominus roborat monicionem, nichilominus tamen effectum ipsius suspendit ad

---

[1] 22. IV 1470. [2] 29. IX. [3] Sic! [4] In Codice: »xxiiij mensis Septembris«.

feriam terciam proximam [1] inclusiue. Presentibus ibidem Honorabilibus Michaele de Vartha iuris, Mathia de Cassouia arcium, baccalariis, Nicolao de Proszevijcze.

97. Iohannes de Rzeschow, studens, ad octauam pro pena Vniuersitati vnum fertonem soluet.

98. Obligacio Staw. Iohannes de Wstapow, baccallarius, obligauit se soluturum Venerabili mgro Nicolao de Staw etc. mediam marcam racione libellj »Nove rethorice« [2], per ipsum bacc. perditi, infra hinc ad festum s. Katherine proxime venturum [3], sub pena excommunicacionis. Presentibus in actis.

99. Die Martis x Octobris. Sequestracio. Descendens personaliter in Collegium canonistarum dnus rector, cameram, per Albertum, presbiterum, baccalarium, inhabitatam, propter lites et controuersias inter Clementem et Iohannem Lathosynskj, dres, occasione habitacionum et eiusdem camere, ipsam sequestrauit et in sequestrum posuit, infra vnum diem evacuare mandans et clauem ad se defferre eiusdem camere. Presentibus Paulo et Mathia, sapienciis.

Acta sub Venerabilj et Egregio viro, dno maijstro Nicolao de Bilina [4], s. theologie professore, kathedralis Wladislauiensis et collegiate s. Floriani extra muros Cracouienses ecclesiarum canonico ac rectore Alme Vniuersitatis Studij Cracouiensis, comutacione hiemalj anno Dni 1469, millesimo quadringentesimo sexagesimo nono [5], indicione secunda pontificatus ss. in Xristo patris dni nostrj Paulj, diuina prouidencia pape secundj, anno ipsius sexto, per Arnoldum de Cucharj, notarium, Mazouitam, acticata [6].

101. Die Saturni xxj Octobris. Dnus rector cum suis consiliarijs, Iacobo Lysow, Stanislao Sadek, professoribus s. pagine et canonicis s. Floriani, decreuit, quod Caspar de Appariasch, studens, tunicam suam brunaticam in pignore trium florenorum, apud acta ad instanciam Barbare Casprowa de Cracouia relictam, pro omnibus dilacionibus infra

[1] 10 X. [2] Ciceronis. [3] 25. XI. [4] Nic. Bylina de Leszczyny. [5] Sic! [6] Actorum nri 101—179, Codicis pag. 16—41, 49—52 et 41—48.

hinc ad octauam in huiusmodj tribus florenis redimere debet, alias in octaua inherendo sentencie dnus rector antecessoris sui rectoris [1] tunicam eidem Casprowa decreuit dandam et sub testimonio vendendam. Presentibus ibidem Mathia Gylynskj, studente, Paulo et Mathia, sapiencijs.

102. Decretum. Idem Caspar de Appariasch ex decreto dni rectoris infra hinc ad octauam Discreto Michaelj de Goszlen [2], studenti, octo grossos, racione reformacionis pellicee sue per ipsum Michaelem [2] datos eidem Michaelj [2], sub pena excommunicacionis soluere et restituere debet. Presentibus in actis.

103. Die Iouis xxvj Octobris. Mgr. Iohannes de Llouicz, facta relacione per Mathiam, sapienciam, citasse Iacobum, baccalarium de Ruda, contra eundem verbo proposuit, quia anulum suum proprivm ipse mgr. Iohannes apud eundem Iacobum, bacc., reperit in valore xx florenorum, quem restitui sibj petiuit. Et ex aduerso Iacobus, bacc., animo litem contestandi negauit narrata et petiuit, petita fieri non debere, animo litem contestandi [2]. Et ex aduerso iterum Iacobus Ruda, reconveniendo proposuit verbo contra mgrum eundem, quia vnum florenum sibj Iacobo idem mgr. recepit, quem restituere non curat, petens similiter, eundem compelli ad restituendum eundem. Qui similiter negauit narrata, prout narrantur, animo litem contestandi. Et ille detulit suo iuramento mgrj, qui ex decreto domini a Sabbatho proximo [3] in octaua [4] iurabit pro eodem floreno, mgr. vero Iohannes intencionem suam obtulit, se probaturum contra eundem bacc.

104. Die Saturni quarta mensis Nouembris. Ffacta relacione per Paulum, sapienciam, [5] citasse Stijborium [6], baccalarium de bursa pauperum, ad instanciam Stanislai, studentis de Kazmyria, idem Stanislaus contra prefatum bacc. Stiborium verbo proposuit, quomodo idem bacc. animo infamente [7] ipsum Stanislaum coram genitore suo infamauit, dehonestauit, asserendo ipsum lusorem, nocturnis temporibus discurrentem, nec studio insistentem. Et quedam mala malis cumulando eidem Stanislao incussit et incutit, eum in persona sua ledere volens et dehonestare, quam iniuriam, infamiam, dehonestacionem idem Stanislaus existimat ad xxx marcas, petens, cum in eisdem condempnarj. Ex aduerso Stiborius, bacc., reconveniendo eundem Stanislaum verbo proposuit, quomodo idem Stanislaus animo infamendo ipsum bacc. publice asseruit, ipsum in domo sua bursali non dormiuisse, tempore nocturnali alias se extra bursam vagando, et cum hoc latronem ipsum appellauit, similiter minas sibi et persone sue incuciens et mala malis concumulando spe ledendi et intencione ipsum bacc. mettercius irritauit, conritauit, existimans iniurias suas et minas ad cc florenos, petens, in eisdem condempnarj. Idem Stiborius, bacc., respondendo ad proposicionem

---

[1] Stanislai Szadkovii, cf. nrum 72 et 81. [2] Sic! [3] 28. X. [4] 4. XI. [5] se. [6] de Campa. Muczkowski, Liber promotiorum, pag. 67. [7] »infamente«, sic!

ipsius Stanislai, animo litem contestandi respondit, retulisse se coram patre alee lusorem et in nocte discurrentem, et hoc obtulit se probaturum ad octauam. Similiter et Stanislaus respondendo ad proposicionem ipsius bacc. asseruit, ipsum aliquot noctibus in bursa non dormiuisse, alia omnia negauit narrata, prout narrantur, qui similiter Stiborius ad octauam intencionem suam. Et nichilominus dnus rector, volens partibus hinc inde de securitate providere, sic minas in alteruterum seminantibus, penam ex officio xx florenorum treugarum vallauit et interpossuit, probato de contrario per partem contravenientem soluendam.

105. Mathias, pincerna Collegy artistarum, citato baccalario, Iohanne de Proszowycze, proposuit contra eundem, quia libellum seu sexternos librj »Ethycorum vij«[1] eidem in mutuum commodauit valoris duorum florenorum, petens, eosdem sibi restitui aut valorem eorum solui. Qui quidem bacc. ex aduerso, animo litem contestando, confitetur sexternorum mutuacionem, pro quibus satisfacere volens, terminum ad quindenam obtinuit, alias deficientibus premissis ad idem faciendum in quindenam.

106. In causa inter mgrum Iohannem de Llowijcz et Iacobum, baccalarium de Ruda, terminus ad idem faciendum[2] ad feriam v proximam[3], et interim partes easdem eedem[4] concordiam attemptabunt alias eadem feria idem atemptabunt.

107. Die Iouis ix Nouembris. Mgr. Iohannes de Llowycz, Iohannes de Bochnij et Iohannes de Tharczyn, testes, presente Iacobo Ruda, in hac parte aduersario, indixerunt[5] de interrogatorys dandis, protestante et excipiendo.

108. Die Veneris x Novembris. S. Rosenberskij, studens, per Paulum, sapienciam, ad instanciam Alberti, clerici, citatus, contumax pronunciatur.

109. Die Iouis xvj[6] mensis Nouembris. Proposicio. Paulus, sapiencia, retulit, se citasse Stephanum, baccalarium de[7] Ierusalem, ad instanciam mgri Petrj ibidem, contra quem idem mgr. verbo proposuit, quomodo idem bacc., in eadem camera secum manens, post recessum eiusdem mgri Petrj, rebus suis et lectisternys de sponda sua eiectis, ipsam confregit et deiecit, eundemque locum, per mgrum Petrum diu inhabitatum et possessum, occupauit, ipsumque mgrum eodem loco spoliauit, clauemque, aput ipsum relictum camere, restituere ipsi mgro Petro recusat introitumque camere denegat eidem mgro contra Deum et iusticiam, in dehonestacionem et molestacionem ipsius mgrj Petrj ac irritacionem ignominiosampue deieccionem status magistery et dignitatis sacerdotalis depressionem. Quam iniuriam exstimat ad centum florenos

---

[1] Aristotelis. [2] datur. [3] 9. XI. [4] »easdem eedem« sic! [5] »indixerunt«? [6] In Codice erronee »xviij«. [7] bursa.

vngaricales veri et purj aurj et iusti ponderis, dicens, se malle tantum de suis et proprys amittere, quam talia ab ipso dno bacc. Stephano sustinere, petens, se ad dictum locum restitui et in petitis condempnarj. Qui quidem bacc. terminum deliberandi petiuit et optauit ad feriam vj proximam [1], vbi respondebit.

110. Dilacio. Mathias, sapiencia, retulit, se citasse Iacobum Ruda ad concludendum in causa, per mgrum Iohannem Llowycz mota, qui mgr. Iohannes petiuit in causa concludi, Mathia Bassak, procuratore dicti Iacobj, petente, publicarj dicta testium et terminum adducendum contra. Et alias mgr. Iohannes petiuit terminum pro alio teste inducendo. Et dominus, publicatis dictis testibus inductis, terminum inducendi alium indulsit et copias inductorum decreuit.

111. Proposicio. Paulo, sapiencia, relacionem faciente, [2] citasse baccalarium Nicolaum de Pudlyno ad instanciam Nicolai, organiste b. Virginis, nomine cuius, presente eodem Nicolao, bacc., mgr. Llaudamus proposuit, quomodo idem Nicolaus, bacc., in presencia dnj rectoris, pro tribunali sedentis, deceptorem [3] appellauit, quam infamiam ad centum fflorenos extimauit, petens, in eisdem eundem bacc. condempnarj.

112. Baccalarius Albertus ex decretis dni rectoris Iohanni Bvijno »Processum« scriptum et sigillatis modo dispositum, prout idem fuit per eum, ut dicitur, receptus, infra diem naturalem restituere et disponere condempnatur. Presentibus in actis.

113. (17 Novembris). Inter mgrum Petrum de Mnijsthyczow et Stephanum, baccalarium de bursa Ierusalem, pendet terminus ad idem faciendum ad Sabbatum proximum post Andree [4], ex limitacione mgrj Llysow, dris, surrogati dni rectoris.

114. Caspar, Barbara. Caspar de Apparias Barbare, ciui Cracouiensi, ij florenos reposuit et tradidit eidem, pro tercio vero floreno tunicam cubiletj [5] nigram tradidit, quam ad viij eximere debet, alias ipsam distrahere et vendere poterit in actis idem [6] ea Barbara. Presentibus in actis.

115. Die Saturni xxv[7] Nouembris. Constitutus personaliter Iohannes Rathayczyk, cum Katherina, coniuge sua, confessus est, quia a Venerabili mgro Stanislao Brzeszyna [8], canonico s. Ffloriani, vnam marcam in mutuum accepit, quam eidem creditorj infra hinc ad festum s. Stanislai proxime venturum [9] obligauit se sub pena excommunicacionis soluturum. Et nichilominus in vim pignoris quandam literam pergameni sigillo appenso dni prepositj s. Ffloriani [10] tytuli ad habitacionem in

---

[1] 17. XI. [2] sc. [3] eum. [4] 2. XII. [5] »cubiletj«? [6] Sic! [7] In Codice per errorem »xxvj«. [8] Stan. Konicz de Brzeziny. [9] 8. V 1470. [10] Jacobi Koniecpolski?

area eiusdem prepositj constructam, reliquit aput eundem creditorem. Presentibus ibidem Discretis Iohanne Kodrampszky et Mathia, studentibus.

116. Die Saturni 2a Decembris. Baccalarius Stephanus de bursa Ierusalem respondendo proposicioni mgri Petrj[1] dixit, suam spondam in eius loco locasse et clauem sibj traditam per provisorem domus arestasse, alia negauit narrata, prout narrantur etc. Et dnus rector ex confessatis decreuit, locum mgro Petro restituisse et cessisse sibj de eodem vna cum claue ad cameram infra diem naturalem. Presentibus Iacobo Llyssow, Stanislao Zadek[2], dribus et consiliarys.

117. Iacobus Ruda, baccalarius, in causa, sibj per mgrum Iohannem Louicz mota, Mathiam Basak in procuratorem ad agendum, defendendum cum clausulis opportunis constituit in forma meliorj. Presentibus in actis.

118. Paulus de Kalysz, studens scole s. Stephani, contra Albertum de Szrzoda, baccalarium, verbo proposuit, quia xj grossos per ipsum Paulum sibj Alberto pro comparacione alicuius libelli Valentis, scolastici, datos, aput se detinet nec eos restituere curat, petens, compelli ad restitucionem eorundem. Qui quidem bacc. negauit narrata, prout narrantur, animo litem contestandi, et ibidem actor rei iuramento detulit, qui in octauam iurabit. Presentibus in actis.

119. Inter Llaurencium de Wolija et Stanislaum[3] Martinum[4], baccalarium de Cracouia, olim[5] rectorem scole Premisliensis, pendet ad idem faciendum ad octauam, quem bacc. Paulus, sapiencia, retulit, se citasse alias ad proponendum.

120[6]. Die Saturni ix Decembris. In causa inter mgrum Iohannem Louicz et Iacobum Ruda, baccalarium, partibus petentibus, dominus publicatis dictis testium, pro parte ipsius mgrj Iohannis productorum, copias decreuit et terminum ad excipiendum actis octauam prefixit. Presentibus in actis.

121. Delato iuramento Alberto, baccalario de Srzoda, per Paulum de Kalisz occasione petitorum et non prestito, dominus eundem bacc. Albertum ad instanciam ipsius Paulj in petitis condemnauit, terminum soluendj xvam prefigens. Presentibus in actis.

122. Die Saturni ix Decembris. Obligacio. Iohannes de Sloczina, plebanus Premisliensis diocesis, actis et iurisdicioni dni rectoris se subiciendo, quinque pro Adalberti[7] et nouem pro Michaelis[8] florenos festis

---

[1] Cf. nrum 113. [2] de Szadek. [3] »Stanislaum« deletum. [4] »Martinum« insuperscriptum. [5] »olim« deletum. [6] Nrus 120 bis in Codice diversis manibus scriptus, sed prior deletus. [7] 23. IV 1470. [8] 29. IX 1470.

proximis, immediate se sequentibus, Honorablj Ffabiano de Samotulj, arcium baccalario, sub reintrusione suorum processuum in ipsum Iohannem, renunciando omnibus excepcionibus, se soluturum obligauit, quem ibidem Martinus, vicarius de s. Anna, executor datus[1] per dominum, pro eisdem xiiij florenis monuit. Presentibus ibidem Mathia de Voijnijcz, Stanislao de Sloczyna, ministro ecclesie, per me Arnoldum, notarium, subscriptum.

123. Die Iovis xiiij Decembris. Recognicio cum obligacione. Honesta Margaretha Mystrzowa de Cracouia personaliter aput acta et in presencia dni rectoris constituta, non compulsa, non coacta, nec aliquo dolo circumventa, sed de sua mera et bona voluntate suorumque amicorum freta consilio, recepit pro necessitate vrgenti xij marcas communis pecunie, quadraginta octo grossos in quamlibet computando, ab Honorabili dno Alberto de Nagorne Kolo, baccalario in decretis, in quibus domum suam, nemini obnoxiam, iacentem in posteriorj parte ecclesie s. Trinitatis[2] in Cracouia, inter Gregorium ex vna et Stano Rothkysar, partibus ex altera, obligauit et vendidit sub modo reempcionis vere. Racione quarum duodecim marcarum presentibus dicto Alberto in dicta domo et area possessionem assignauit, donauit et resignauit sibi cameram, quam voluerit, aut illi vel illis, cui vel quibus ipse dnus Albertus, in vita vel in morte, legauerit; debebitque dicta dna Margaretha, aut sui successores, omnia onera domus portare et tolerare, seclusitque et alienauit a domo predicta et ab impeticione dicti dni Alberti omnes suos successores et propinquos suos, si qui sunt, tam diu, quousque dicta dna Mistrzowa aut sui successores prefato dno Alberto aut suis successoribus prenominatas duodecim marcas soluerit sev soluerint, extunc solucione facta possessionem predicte domus restituat aut restituant. Et pro meliori cautela et subsistencia ipsa dna Mystrzowa tenebitur, si necesse fiat, hanc obligacionem vel sibi similem ad acta scabinorum vel dnorum consulum ciuitatis Cracouiensis introducere et inscribere, sub pena excommunicacionis, per dnum rectorem existentem pro tempore ferenda. Presentibus ibidem Mathia, sapiencia, Mathia de Tharnow, studente, Bartholomeo de Cobilyno.

124. Item anno et die, quo supra, ipse dnus Albertus promisit intercedere ab impeticione dictam Margaretham, monialem de Cracouia, racione pecuniarum, in executoria dni officialis[3] contentarum. Presentibus, quibus supra.

125. Die, quo ante, constitutus aput acta personaliter Honorabilis Iohannes, plebanus in Sloczijna Premisliensis dyocesis, omnibus excepcionibus renunciando, iurisdiccioni, cohercicioni rectoris se subiciendo, obligauit se Honorabili Ffabiano[4], arcium baccalario, racione certi debiti xiiij fflorenorum quinque pro Adalberti[5] et nouem pro Michaelis[6], pro-

---

[1] In Codice: »datis«. [2] Dominicanorum. [3] Cracoviensis. [4] Szamotuliensi. [5] 23. IV 1470. [6] 29. IX 1470.

xime affuturis, se immediate sequentibus festis, soluturum sub eisdem penis et processionibus, ante in eum latis, reinduccione, quibus modo extitit innodatus, consenciendo in absolucionem eidem Iohanni, quem nichilominus, obtento executore, videlicet Martino, a s. Anna viccario, pro pecunys prime rate memoratis in presencia dni rectoris procurauit monendum et retulit, se idem executor monuisse eundem Iohannem. Presentibus ibidem Stanislao, ministro in Slyczyna [1] ecclesie, Mathia de Woijnycz, per Arnolphum [2], notarium, scribi procuratis.

126. Saturni sedecima mensis Decembris anno Dni millesimo cccc sexagesimo nono indicione secunda, pontificatus Pauli pape secundi anno sexto. Excepciones. Mathias Baszak, procurator Iacobi Ruda, excipiendo generaliter contra testes mgri Iohannis Lowijcz, quod femina non potest esse testis in causa creditoria, item contra alios, quod in quantum faciunt pro se, ipsos admittit, in quantum vero faciunt pro parte aduersa, quod sunt nulli, insufficientes et invalidi, petens [3], eos, ut invallidos, repelli cum eorum dictis. Et datur terminus eidem procuratori ad producendum omnia prima iuris post festa Epiphaniarum Dni [4]. Presentibus in actis.

127. Saturni xxiij [5] Decembris. Relacio. Mathias, sapiencia, retulit, se citasse Iohannem, olim pincernam Collegij [6], ad instanciam Michaelis de Noua ciuitate, studentis in bursa diuitum, quem dominus pronunciauit contumacem per se, non comparentem.

128. Constitucio. Honorabilis dnus Iohannes Morstin, executor testamenti olim dris Spiczimirj, constituit procuratores Stanislaum Llublin, Petrum de de [7] Myechow, in solidum in forma meliorj, cum clausulis opportunis, promisit rata, grata. Presentibus Mathia de Tarnow, Petro de Cirszko, seruitoribus dni rectoris.

129. (Saturni 30 Decembris). Acta rectoratus anni Dni millesimi quadringentesimi septuagesimi, indicione tercia, pontificatus Paulj pape secundj anno sexto etc. Limitacio. Inter dnum Petrum, prepositum Cracouiensem, et Iohannem Morstyn, executorem testamenti olim dni Spiczimirj, cantoris, de consensu parcium pendet ad idem faciendum prima iuris post octauas Epifaniarum Dni [8].

130. Obligacio. Marcus de Cassouia infra hinc ad tres septimanas Iohanni Ffeter, pellici, marcam et octo grossos occasione pellice et mitre empte soluere est obligatus, sub pena excommunicacionis. Presentibus ibidem Iohanne, Mathia de Tarnow, studentibus. Die Saturni penultima Decembris [9].

131. Saturni penvltima [10] Decembris. Proposicio. Albertus, baccalarius de Strzoda, contra Paulum de Kalisz petit vnam marcam occa-

---

[1] »Slyczyna«, sic! [2] »Arnol*ph*um«, sic! [3] Insuperscriptum »petiuit«. [4] 6. I 1470. [5] In Codice: »xxij«. [6] artistarum. [7] »de de«, sic! [8] 13. I 1470. [9] 30. XII 1469. [10] In Codice: »vltima«.

sione resumpcionis, sibj Paulo facte, vnum libellum in valore fertonis mutuatum, ij grossos mutuatos. Qui respondebit prima iuris post Aristotelis [1].

132. Die Saturni xiij Ianuarij. Dominus [2] Marcum de Cassouia, studentem, ex suis confessatis florenum cum vij grossis Mathie Rimar de Cracouia ad octauam sub pena excommunicacionis soluere condempnauit, racione mutui. Presente Paulo, sapiencia.

133. Anno Dni 1470. Anno mcccclxx. Petrus [3], baccalarius, rector scole s. Anne, ex confessatis infra hinc ad xv Blasio de Pobyedzyszka, clerico, tres fertones, racione mutui debitos, ex decreto domini soluere debet sub pena excommunicacionis. Presentibus Alberto [4], bacc. in decretis, Mathia de Tarnow.

134. Saturni xx Ianuarij. Iacobi Ruda, baccalarii, ad excepciones alias ad peruersos articulos Elizinos [5], contra omnia pridie datos, Albertus de Nagorne Colo nomine mgri Iohannis Louicz generaliter verbo replicando contradixit, dicens, libellum fore, testes validos, efficaces et concordes, pro sua parte et contra partem aduersam facientes, dictosque peruersos articulos nec habere locum post litem contestatam et post produccionem et examinacionem testium. Item quia est res domestica, et presertim tamen cum agitur pro re, videlicet anulo aureo cum zafiro valoris xx florenorum ex causa honesta, comodata et deposita, quam non licet invito dno alys contractare, nec aliquo modo vsurpare, petens, in causa concludj et sentenciam diffinitiuam successiue ferrj. Ad alia autem generaliter verbo contradixit, petens, ea repelli tanquam dolosa, friuola, cauillatoria, petens concludj. Mgro Mathia [6] ex aduerso allegante et dicente, quod obmisso termino essencialj excepcioni produntur, dixit, eas non habere locum, petens, voluntatem domini pronunciare super his hinc inde. Et dominus in octaua interloquetur super eisdem reuisis. Presentibus ibidem Alberto, bacc. de Nagorne Colo in decretis, Nicolao de Poznania, bacc.

135. Anno Dni 1470. Marcus de Cassouia, studens huius Vniuersitatis, citatus ad instanciam Stanislai, pictoris de Cracouia, pronunciatur contumax per se, ob non compariciouem.

136. Saturni xxvij Ianuarij. Dilacio. In causa inter mgrum Iohannem Louicz et Iacobum, baccalarium de Ruda, presentem terminum interloquendj ad octauam pro informacione animi sui et consiliariorum suorum suspendit et distulit [7]. Presentibus in actis.

137. Relacio. Baccalarius Nicolaus [8] Niclinus de Poznania, presbiter, per dnum rectorem executor datus dno drj Sadek, retulit, se citasse Tho-

---

[1] sc. diem. [2] sc. rector. [3] Kozłowita. [4] de Nagórne Koło. [5] = Elissaeos = punicos. [6] Szydłowita. [7] dnus rector. [8] »Nicolaus« deletum.

mam de Scocia, studentem, contra quem obtulit, se daturum in scriptis intencionem suam.

138. Pena. Stanislaus, baccalarius de Lijthvania, ex decreto dni rectoris racione inieccionis manuum violentarum in Thomam Scotum, bacc., Vniuersitati vnum fertonem infra triduum soluere debet, et duplum idem parti lese, videlicet Thome, bacc., infra idem tempus. Presentibus in actis.

139. Inter Albertum de Chodecz et Albertum de Nagorne Colo [1] continuatur ad viijam ad idem faciendum. Presentibus in actis.

140. Relacio citacionis. Paulus, sapiencia, retulit, se citasse mgrum Mathiam Szydlow, seniorem burse Ierusalem, ad instanciam Samuelis [2], baccalarii, qui non comparens, pronunciatur contumax per se.

141. Die Martis penultima Ianuarij [3]. Dilatio. Comparens mgr. Stanislaus Sadek, dr., propter absenciam sui de Cracouia terminum, quem cum Thoma Scoto sabbato proximo [4] habuit, ad adventum sui, alias ad idem faciendum per dnum rectorem suspendj petiuit, et obtinuit, allegans, esse in fauore partis.

142. Constitucio. Nicolaus Iarosz, olim seruitor mgri Iohannis Osswanczijm [5], Mathiam de Voijnijcz, olim pincernam Collegij artistarum, ad tollendum et leuandum vnum florenum a Iohanne de Brzeszcze, plebano in Tarnovijecz, quondam eciam pincerna Collegij eiusdem, sibj predicto Nicolao debitum per eundem, alias ad agendum contra eundem in forma solita procuratorem constituit. Presentibus dno rectore et Iohanne Codrampskj.

143. Die Iouis prima Ffebruarij. Constitucio. Iohannes [6], studens, plebanus in Tarnovijecz, in causa cum Michaele de Noua ciuitate, studente eciam, constituit in procuratorem, videlicet Mathiam, aduocatum a Staw ex bursa diuitum, mouenda, ad agendum, defendendum in forma meliorj cum clausulis opportunis. Presentibus ibidem Iohanne, baccalario de Msthow, plebano, Mathia Voijnijcz, studente.

144. Die Saturni iij Ffebruarij. Constitutus personaliter apud acta Iohannes Othe Plechowskj, studens, obligauit se soluturum vnum florenum Mathie de Woynijcz, olim pincerne Collegij artistarum, infra hinc ad xvam sub pena excommunicacionis ex causa debiti. Presentibus ibidem Ingeniosis Paulo de Kalisz, Martino de Staw.

145. In causa inter Stanislaum de Pleschow et Paulum de Kalisz continuatur [7] ad idem faciendum ad octauam ob spem concordie. Presentibus in actis.

---

[1] Insuperscriptum: »media marca«. [2] Olomucensis. Muczkowski, Liber promot., pag. 68. [3] 30. I. [4] 27. I. [5] Beber dicti. [6] Brześciensis. [7] terminus.

146. Albertus, presbiter de Chodecz, studens, Alberti de Nagorne Colo, baccalarii, contumaciam accusauit, in termino nihil facientis. Inter quos continuatur ad octauam occasione 14 grossorum, pro expedicione citacionis et sigillj datorum, in ipso bacc. petitorum.

147. Bartholomeus de Vijelun, studens, ad instanciam Stanislaj de Pleschow, studentis, citatus, pronunciatur contumax per se.

148. Idem Bartholomeus, ad instanciam Blasij citatus, non comparens, pronunciatur contumax per se.

149. Iohannes de Brzescze, studens, in Tarnouiecz plebanus, ad instanciam Michaelis de Noua ciuitate, studentis, contumax declaratus, absolutus tamen et citato eodem Michaele ad prosequendum in causa eadem et non comparente, per dominum a termino absolutus est presentj. Presentibus in actis.

150. Stanislaus de Lijthvanija, baccalarius, citans Thomam Scotum ad uidendum reponi pignus in pecuniis, sibj Thome adiudicatis, parendo processibus dni rectoris, librum continentem in se »Cronicam« Vincencianam [1], cum alys, apud acta rectoratus in pignore reliquit.

151. (5 Februarii 1470). Michael de Wangrovijecz ducatum Iohanni Pijoro, ciui Cracouiensi, occasione tunice arbitraliter adiudicatum, die v [2] Ffebruarij, ipso Agate virginis, ad dnum rectorem reposuit et tunicam suam leuauit. Presentibus in actis.

152. Constitucio. Valentinus, carnifex de Cracouia, in causa, quam mouere intendit cuidam N. [3], studenti ex bursa Hungarorum, Augustinum de Przevorsko in procuratorem constituit ad agendum in forma meliorj, eciam ad leuandum pecunias cum clausulis opportunis. Presentibus Iohanne, sartore de Gnezna.

153. Saturni x Ffebruarij. Marcus de Cassouia, studens, infra hinc ad vnum mensem librum »De uita Antichristi et xv signis« Stanislao, pictorj de Cracouia, restituere se obligauit sub pena excommunicacionis. Presentibus Iohanne, baccalario, plebano in Mochow.

154. Proposicio. Augustinus [4], procurator dni Valentini, carnificis, proposuit contra Valentinum, baccalarium de bursa Hungarorum, quod circa festum s. Simonis et Iude [5] apud eundem carnificem carnes pro xiiij grossis comparauit, quos sibj restituere petiuit, non solutos racione huiusmodj carnium emptarum. Qui ex aduerso principalis negauit, nomine suo emisse [6], sed alterius, ut interpres. Qui de mandato dni re-

---

[1] Vincentii dicti Kadłubek. [2] In Codice »vj«. [3] Valentino. [4] Przeworscensis. [5] 28. X 1469. [6] In Codice »emisse*isse*«.

ctoris diligenciam apponet, ut carnifex per ipsum aut eundem prepositum, nomine cuius comparauit, vel alium contentus in 14 grossis reddatur, alias in octaua ad idem faciendum eedem partes comparebunt etc. Presentibus Alberto, bacc. in decretis.

155. Limitacio. In causa inter Stanislaum Pleschow et Paulum de Kalisz, studentes, continuatur ad idem faciendum ad viijam occasione 13 grossorum, ad comparandum quosdam libros sibj Paulo per Stanislaum mutuatorum.

156. Mgr. Stanislaus Sadek libellum in scriptis contra Thomam Scotum produxit, petens, sibj responderj in presencia eiusdem Thome, ex aduerso principalis, petentis copiam et protestantis de reconueniendo infra hinc ad octauam. Presentibus in actis.

157. Continuacio. Albertus, studens de Chodecz, petiuit, Albertum de Nagorne Colo, baccalarium, in xiiij grossis pro scriptura citacionis et sigillj expedicione apud dnum abbatem de Mogila [1], conseruatorem [2], datis et expedire promissis et non expeditis condempnarj. Cui negante [3] expedire sigillum, promissionem, actorj [3] datur ad probandum pro actis, alias ob spem concordie habende continuatur inter eosdem [3]. Presentibus in actis.

158 [4]. Paulus de Kalisz, studens, comparens, dixit se alias citatum ad instanciam Alberti de Srzoda, magistrandj, et ex proposicione terminique limitacione pro prima debere proposicioni respondisse [3], et ob absenciam eiusdem principalis petiuit se per dominum absolui. Quem dominus a termino absoluit. Presentibus in actis etc.

159. Protestacio. Albertus de Srzoda, arcium licenciatus, in termino presenti, quem dixit se pro prima iuris post Aristotelis festum ex priorj limitacione cum Paulo de Kalisz, studente, ad respondendum sue proposicioni, dudum proposite et notate, habuisse hora vesperorum, de diligencia protestatus est, alias hora audiendi audicionis racione occupatum se allegans. Presentibus Iohanne, baccalario, in Mochow plebano, Iohanne de Vyszlycza, studente.

160. Proposicio. Blasius de Pobijedzyska contra Bartholomeum de Vijelun, studentem, verbo proposuit, quia anno presenti in quodam hospicio apud Stano, recipiens ab eodem Blasio vi tubam bubalinam valoris vnius floreni, sibj ad seruandum datam, restituere recusat, petens, ipsum compellj ad restitucionem huiusmodj tube, aut valoris eiusdem solucionem. Qui ex aduerso reus negauit narrata etc., actore offerente se probare ad octauam.

---

[1] Petrum Ersbark alias Hirschberg de Biecz. [2] Universitatis jurium. [3] Sic! [4] Totus hic nrus 158 in omni parte sua alia antiqua manu deletus.

161. (Martis 13 Februarii). Interlocutoria mgrj Llouicz. Xristi nomine inuocato, pro tribunalj sedentes in causa, inter Honorabiles mgrum Iohannem Llouicz et Iacobum Ruda, baccalarium, vigore rectoratus coram nobis mota, interloquendo dicimus, declaramus articulos predicti Iacobj Ruda Elisinos [1] peremptorie ad octauam fore probandos, et eosdem ad probandum admittimus. Llecta, lata et in scriptis pronunciata est hec sentencia interlocutoria per dnum drem Bilina, rectorem, die Martis xiij Ffebruarij anno Dni mccccLxx. Presentibus ibidem Nobilibus Iohanne de Mokow, bacc., plebano, Marcissio de Bandzijmyslije.

162. Proposicio et confessio. Iohannes Thosz ex bursa pauperum proposuit contra Balthezar, baccalarium de Szymbark, quod communicatos sev mutuatos duos florenos in mutuum sibj soluere nollet. Qui ex aduerso reus confessus est, se eidem Iohanni Thosz duos florenos racione mutui debere. Quo confitente ex decreto dni rectoris vnum infra hos dies currentes et alium in Capite ieiunij [2] florenum eidem creditorj soluet. Presentibus in actis.

163. Sabbatj [3] xvij Ffebruarij Saturni [3]. Stanislaus de Pleschow, presente Paulo de Kalisz, ex limitacione in termino pendente petiuit ab eo x grossos, ab vno anno cum medio in mutuum datos, petens, in eisdem condempnarj eundem Paulum. Paulo ex aduerso petente terminum ad respondendum, quem obtinuit ad feriam quintam proximam [4].

164. Inter Ingeniosos Augustinum cum socijs ab vna parte et Caspar de Glogouia, studente, ab altera partibus pendet ad idem faciendum ob spem concordie ad feriam quintam proximam ante Mathie [4].

165. Iouis xxij Ffebruarij. Paulus de Kalisz, studens a s. Stephano, infra hinc ad octauam ex confessatis per dnum rectorem octo grossos, racione mutui debitos Stanislao de Pleschow, studenti, soluere est condempnatus sub pena excommunicacionis. Presentibus in actis.

166. Martis penultima Ffebruarij [5]. Inter mgrum Iohannem Louicz et Iacobum Ruda, baccalarium, comparentibus procuratoribus parcium, et principalj procuratore petente concludj in causa, dominus hunc terminum suspendit ad Sabbatum proximum [6] ad idem faciendum et consiliariorum presenciam. Presentibus in actis.

167. Anno Dni mccccLxx. Sentencia arbitralis inter maystrum Iohannem Vels et Nicolaum Merkijel de Poznania, arcium baccalarium, anno Dni mcccc septuagesimo, indicione tercia pontificatus ss. in Xristo patris dni Pauli diuina prouidencia pape secundj moderni, anno ipsius sexto, die Martis penultima Ffebruarij [5], prolata sub hac forma in scriptis.

---

[1] = perversos. [2] 7. III. [3] Sic! [4] 22. II. [5] 27. II. [6] 3. III.

Cristj nomine invocato et ipsum solum pre oculis habentes, nos mgr. Nicolaus Bilina de Lesczinj, s. theologie professor, Wladislauiensis et s. Floriani ecclesiarum canonicus ac rector Alme Vniuersitatis Studij Cracouiensis, in hac parte arbiter et amicabilis compositor de consensu et voluntate coharbitrorum nostrorum, videlicet Iacobj Lysow, s. pagine et iuris canonici, Stanislaj Sadek, s. theologie, Clementis de Gorka, Iohannis de Lathoschijn, decretorum drum[1], in causa inter Venerabilem et Honorabilem viros, dnos mgrum Iohannem Vels et Nicolaum Merkel de Poznania, bacc. arcium, per hanc nostram sentenciam arbitralem, quam ex compromisso ipsarum parcium in nos, predictos arbitros, coram notario publico et scriba actorum nostrorum facto, ferimus in his scriptis plus in hac parte ad partem humaniorem, quam iuris rigorem uel parcium probaciones inclinatj, dicimus, diffinimus, arbitramur, decernimus et laudamus: Nicolaum Merkijel de Poznania, arcium bacc., debere in presencia nostra ad mgrum Iohannem Vels preces porrigere et eundem rogare, quatenus decem marcas, per ipsum Nicolaum, bacc. de Poznania, matrj eiusdem mgri Iohannis ibidem in Poznania debitas et in actis ciuitatis eiusdem, ut asseruit, obligatas, ipse mgr. Iohannes, ut filius et coniuncta persona, sibj Nicolao in vim eciam et recompensam xviij marcarum, ab ipso mgro Iohanne et per ipsum Nicolaum, bacc., intuitu resumpture et laborum, iudicialiter petitorum, et occasione quarum sic in nos, arbitros predictos, iuris strepitu obmisso, in presenciarum compromissum est, remittat, indulgeat et ipsum Nicolaum a solucione earundem quitet et ab impeticione sue matris racione huiusmodj decem marcarum, sic obligatarum, in vim eciam premisse accionis absolutum efficiat eundem dnum Nicolaum, bacc. Quam quidem sentenciam, sic per nos prolatam, ipse partes approbarunt, emologarunt et ratam habuerunt. Et in continenti ibidem Nicolao, bacc., et nobis arbitris pro ipso mgrum Iohannem orantibus et petentibus, idem mgr. Iohannes eundem Nicolaum, bacc., ut optatum est, ab huiusmodj decem marcis debitj, matris[2] mgri Iohannis in Poznania obligati, absoluit, eundem remisit et ipsum Nicolaum, bacc. predictum, racione earundem decem marcarum nomine eiusdem matris sue indampnem et absolutum reddere dicit. Sub pena eadem in presenti coram promisso vallata, uel alias sibj de eisdem x marcis responsurus idem mgr. Iohannes ac eciam intuitu et ob robur premissorum perficiendorum et explendorum ab impeticione et vexacione vlteriorj ipsius Nicolaj, bacc. predictj, eundem mgrum Iohannem prenominatum absoluimus et ipsi Nicolao super vlterioribus vexacionibus, impedimentis, litibus et causis sepe fato mgro Iohanni, occasione resumpture et laborum ante dudum factis, prout superius eciam memoratum est, motis et quomodolibet mouendis, perpetuum silencium imponimus. Omnia premissa sic acta, continuanda et perficienda et effectum suum facienda sub pena ducentorum florenorum, quam eciam interponimus et vallamus, cum presentibus mandamus et inter predictas partes ratificamus et confirmamus in presenti nostra sentencia, cuius correccionem, interpretacionem nobis ad tempus semestre nobis[2] reseruamus, cuius quidem eciam

[1] In Codice »doctor*ibus*«. [2] Sic!

pene vallate medietatem parti arbitrium tenenti et medietatem arbitris per partem non tenentem decernimus soluendam et presentibus adiudicamus, presenti tamen compromisso in robore suo stante et perdurante. Llecta, lata et in scriptis pronunciata est hec sentencia arbitralis per dnum mgrum Nicolaum Bilina de Leszcini, s. theologie professorem, canonicum predictum etc., de consensu coarbitrorum suorum, eciam in sentencia superius nominatorum, anno Dni mccccIxx, indiccione tercia, pontificatus ss. in Xristo patris dni Pauli diuina prouidencia pape secundi, anno ipsius sexto, die vero Martis penultima Ffebruarij, in Collegio artistarum Cracoviensi et domo habitacionis dni Nicolaj Bilina, dris et rectoris predictj, presentibus ibidem mgris, professoribus et dribus, arbitris prenominatis, ac Discretis Mathia de Wawrzijnczyce, notario publico, Iohanne de C., notario mgri Vels, Mathia de Voynijcz, studentibus, clericis Cracoviensis diocesis, et me Arnoldo M. de Cucharj Plocensis diocesis, huiusmodj facti et cause et rectoratus scriba, qui ad peticionem parcium hanc sentenciam arbitralem actis rectoratus ingrossare disposui etc.

168. Sabbatj tercia Marcij anno Dni 14lxxmo. Acta presentibus Mathia Basak de Cracouia, Alberto de Nagorne Colo, in decretis baccalario, causarum procuratoribus causarum [1] consistorij Cracouiensis, Petro de Myechow notario. Decretum. Iohannes, studens castrensis [2], petiuit a Caspar de Appariasch, studente, librum suum arestatum, »Nonum Kathonem« et »Gwidrinum« continentem, et alia sibj restitui. Qui ex aduerso Caspar asseruit, se eundem librum vendidisse. Quem ex decreto domini in octaua librum reponere debet ad acta aut euictorem ponet. Presentibus in actis.

169. Albertus, baccalarius, presbiter de Nagorne Colo, retulit, se citasse Stanislaum de Pleschow ad instanciam Pauli de Kalisz, contra quem proposuit, quod libros duos, videlicet Petrum Hispanum et Allexandrum [3], in viginti vno grosso per quandam mulierem dicto Paulo invadiatos, absque voluntate sui detinet. Qui Stanislaus animo litem contestandj respondit, se habere dictos libros, ab eadem muliere et non ab ipso Paulo sibi obligatos. Et in octaua eandem mulierem, a qua vterque ipsorum dicit libros obligatos, statuent et libros apud acta reponent. Presentibus in actis.

170. Conclusio in causa. Albertus, baccalarius de Nagorne Colo, procurator mgri Iohannis Louicz, presente Mathia Basak de Cracouia, procuratore Iacobj Ruda, bacc., ex aduerso principalis personaliter comparens iuxta exigenciam termini in actis superius per dominum ad concludendum in causa limitati [4], prout terminus requirebat, limitatus, petiuit per dominum in eadem causa mgrj Iohannis Louicz et Iacobj Ruda concludj in defectum probacionis articulorum Elisinorum [5], per

---

[1] Sic! [2] = de schola castri Cracoviensis. [3] Alexandri Galli »Doctrinale«.
[4] Cf. nrum 161. [5] = perversorum.

ipsum Mathiam Basak oppositorum. Et dnus rector sub his verbis conclusit uel similibus in causa: In nomine Dni, Amen. In causa inter Honorabiles mgrum Iohannem Louicz et Iacobum Ruda, bacc., spectato procuratore ipsius Iacobj, eciam vltra terminum peremptorium, ad probandum articulos suos Elizinos prefixum, et nihil faciente, extunc in nomine Dni concludimus in eadem causa, Mathia Basak, procuratore ipsius Iacobj, de grauamine et appellando protestante. Presentibus in actis.

171. Stanislaus de Pleschow, petente ab eo Paulo de Kalisz iudicialiter dimidio quarto grosso in expensis, cum ipso Stanislao factis, et negante ipso Stanislao, ipsius Pauli iuramento retulit, quod similiter in octaua prestabit. Presentibus in actis.

172. Sabbatj x Marcij. Prout terminus requirebat, Paulus de Kalisz Dorotheam de Cracouia, mulierem, occasione librorum impignoratorum constituit, que in hunc modum in causa inter ipsum Paulum et Stanislaum de Kalisz recognauit, quod ad instanciam ipsius Pauli, principalis, libros, de quibus inter ipsos questio[1], impignorauit, ipsos sibj tradidit et ab eo pecunias suscepit. Presentibus in actis.

173. Petrus de Sukaw, studens burse pauperum, citato Thoma Scoto, baccalario, per Paulum, sapienciam, et comparente eo, contra ipsum verbo proposuit, quod de anno presenti hinc ante octauam idem Thomas animo infamandj, dehonestandj ipsum Petrum, studentem, in communitate furem, latronem, suarum pecuniarum subtractorem publice appellauit, infamauit et dehonestauit, infamiam suam et dehonestacionem existimans ad cc florenos, petens, ipsum in eisdem condempnarj. Qui ex aduerso negauit narrata, prout narrantur, subiungens, se tantum dixisse, quod vobis existentibus, in camera mecum manentibus, pecunia mihi sublata est. Qui quidem Petrus obtulit, se probaturum, ipso negante, ad octauam. Presentibus in actis.

174. Martis xx mensis Marcij. Comparens personaliter Famosus Martinus, sartor de lapidea ducum Mazouie in Cracouia, allegauit, se citasse[2] per mgrum Iohannem de Visoka ad prosequendum in causa, quem[2] alias idem Martinus habuit contumacem in octaua ad instanciam sui et nihil facientem in termino, petiuit, eundem mgrum Iohannem in pristinas sentencias contumacie reintrudj. Et dominus ex certis causis, videlicet quod idem mgr. sit in suscepcione ss. ordinum, consenciente ipso Martino, sartore, reinducto, vim contumacie ad assecucionem ss. ordinum et alias aduentum sui proximum ad Cracouiam, reseruatis sibj Martino racione contumacie expensis tunc soluendis, suspendit. Presentibus Iohanne, baccalario, de Mokow plebano, Mathia de Voynijcz, seruitoribus dni rectoris.

---

[1] Cf. nrum 169. [2] Sic!

175. Iouis xxij mensis Marcij. Constitutus personaliter Prouidus Paulus Voijnyczskj, ciuis Cracouiensis, apud acta rectoratus animo deliberato confessus est, quia quinque florenos, per Michaelem de Vartha, iuris baccalarium, sibj Paulo debitos racione ciborum emptorum, Iohanni Voyczijk, cantorj chorj ecclesie Cracouiensis, omni vtilitatj et vsui eorundem renunciando, nec aliquam vtilitatem exinde sperando se habere, donauit, contulit et in ipsum Iohannem huiusmodj suum debitum transtulit leuandum, repetendum, in vsus suos conuertendum et de receptis quitandum. Presentibus Alberto de Nagorne Colo, iuris bacc., Mathia Basak. Qui quidem Iohannes Voyczijk, cantor predictus, reproducta citacione, contra ipsum Michaelem, bacc., executa, petiuit dnum rectorem, mandare sibj acta legi, in eadem causa coram antecessore rectore, mgro Iohanne Lathoschynskj [1], inter prefatos Paulum, ciuem, et Michaelem, bacc., actitata, et ab illis punctis causam prosequi et continuarj per dnum rectorem petiuit, ut donatarius et alias procurator constitutus, videlicet ferrj sentenciam. Michaele, predicto bacc., contradicente lacioni sentencie et petente copiam huiusmodj actus coram antecessore rectore habiti et terminum ad dicendum contra, quem obtinuit ad primam iuris, videlicet Sabbatum proximum [2]. Presentibus in actis.

176. Die Veneris xxiij Marcij. Obligaciones. Constitutus personaliter apud acta Honorabilis Iohannes Plechowskj confessus est, quia a Petro de Coszlow [3], baccalario, scole s. Anne rectore in Cracouia, vnam mercam in mutuum recepit, quam eidem creditorj infra hinc ad festum s. Stanislaj proxime venturum [4] obligat se soluturum, sub pena excommunicacionis. Presentibus Stanislao de Pleschów, notario publico, Iohanne Codrampskj, studentibus.

177. Eodem die Petrus, baccalarius de Coslow, rector scole s. Anne in Cracouia, apud acta comparens, recognouit, se a Stanislao de Pleschow, studente, vnam marcam pecuniarum in mutuum recepisse et eandem pro festo s. Stanislaj proxime affuturo [4] idem debitor suo creditorj se soluturum obligauit, sub pena excommunicacionis. Presentibus in actis, quibus supra.

178. Sabbatj xxiiij mensis Marcij. In causa inter Iohannem Voyczijk, cantorem chorj castrensis ecclesie, et Michaelem Ploczijch [5], iuris baccalarium, continuatur [6] ad octauam ad locandum per ipsos per vnum assessorem, qui producta hinc inde cum dno rectore uel suo surrogato re, uidebunt et decerent. Presentibus in actis.

179. Sentencia diffinitiua inter mgrum Iohannem Louicz et Iacobum Ruda, baccalarium. Dno rectore pro tribunali sedente, comparans [7] personaliter mgr. Iohannes Louicz, prout terminus requirebat, alias limitatus in causa sua, quam habet cum Iacobo de Ruda, bacc. Ploczensis

---

[1] Commutatione hiemali 1468/69. [2] 24. III. [3] »Coszlow«, sic! [4] 8. V. [5] »Ploczijch«, sic! [6] terminus. [7] Sic!

diocesis, presente etiam Mathia Basak, procuratore dicti Iacobj Ruda, bacc., sentenciam diffinitiuam in eadem causa per dnum roctorem ferrj petiuit. Quo petente et procuratore legittimo ex aduerso etiam presente, ipsam in scriptis in hunc modum protulit dnus rector: Xristi nomine invocato et ipsum solum pre oculis habentes, per hanc nostram sentenciam diffinitiuam, quam de consilio iuris peritorum ferimus in his scriptis ex his, que coram nobis sunt allegata et probata in causa vertenti inter Honorabiles mgrum Iohannem Louicz ab vna, et Iacobum de Ruda, bacc. nostre Vniuersitatis, clericum Plocensis diocesis, ab altera partibus, dicimus, diffinimus et declaramus, prefatum Iacobum, bacc. etc., anulum prefati mgrj habuisse eundemque sibi non restituisse, taliaque sibj non licuisse neque licere, et ob hoc eundem bacc. ad restitucionem anuli uel solucionem valoris ipsius octo florenorum medio iuramento actorum ipsius declarati, condempnandum fore, et condempnamus ad restitucionem eiusdem uel valoris solucionem infra hinc ad decursum duorum mensium astringimus, compellimus et obligamus, in expensis litis et cause licitis, propter hoc factis, eundem condempnantes, quarum taxacionem nobis in posterum reseruamus. Llecta, lata et in scriptis pronunciata est hec sentencia diffinitiua per mgrum Nicolaum Bilina, s. pagine professorem, canonicum s. Floriani ac rectorem Alme Vniuersitatis Studj Cracouiensis, anno Dni mccccIxx indicione tercia pontificatus ss. in Xristo patris, dni Pauli, diuina prouidencia pape secundi, anno ipsius sexto, die vero Saturni xxiiij Marcij. Presentibus ibidem Honorabilibus Michaele de Vartha, iuris et arcium, Alberto de Nagorne Colo, iuris baccalarijs, Mathia Basak de Cracouia, procuratoribus consistorij Cracouiensis.

Acta actitata coram Venerabilj dno Arnolpho de Mirzinijecz, decretorum dre, s. theologie baccalario formato, Gneznensis, Ploczensis ecclesiarum canonico ac rectore Alme Vniuersitatis Studij Cracouiensis, per dnum drem Bilina etc. surrogato, anno Dni MCCCC septuagesimo [1].

181. Sabbathi vltima Marcij [2]. In causa inter mgros Iohannem Pijlcza, seniorem burse diuitum, et Georgium Laudamus de Cracouia dnus rector surrogatus decreuit, vt mgr. Georgius ad bursam more ceterorum bursancium componat iuxta taxam, per ipsum mgrum Iohannem cum consiliarijs imponendam, alias infra hinc ad feriam secundam [3] loco cedat et cameram evacuet occupatam, sub pena excom-

[1] Actorum nri 181—187, Codicis pag. 53—56. [2] 31. III. [3] 2. IV.

municacionis extunc in eundem ferenda, ac eciam ad feriam quartam proximam [1] carnificem pro carnibus emptis per ipsum mgrum Iohannem nomine ipsius Georgij contentum reddat. Presentibus Mathia, sapiencia, Nicolao de Bilijcze, studentibus.

182. Iohannes Voijczijk, cantor chorj ecclesie Cracouiensis maioris, comparens in contumaciam Michaelis de Vartha, iuris baccalarij, ad excepciones ipsius Michaelis generali verbo contradixit, quod sint invalide, insufficientes, post litem contestatam producte, locum non habentes. Quibus non obstantibus, petiuit ferrj sentenciam diffinitiuam, prout ex actis antecessoris rectoris, mgrj Iohannis Lathoschijnskj [2], pendet et continuatur, alias citacionem ad ferendam huiusmodj sentenciam decerni petiuit. Presentibus in actis.

183. Sabbathi vij Aprilis. Michael, baccalarius, locatus scole castrensis [3], comparente Petro de Koslow, bacc., contra eundem verbo proposuit, quod librum vnum, videlicet »Exercicium et Lecturam Donati«, »Questiones«, »Regule grammaticales«, idem Petrus, bacc., in mutuum datos sibj Michaelj, detinet contra voluntatem eiusdem, petens, restitui alias valorem, videlicet iiij florenorum estimatum, solui. Ex aduerso Petro, bacc., confitente, librum eundem sibj immutuatum, sed modo non habere circa se. Et ex decreto dni Arnolphi, rectoris surrogatj, infra hinc ad festum s. Stanislaj [4] debet Petrus, bacc., librum eundem restituere sibj Michaelj, uel ei equivalens dare, sub pena excommunicacionis. Presentibus Mathia, sapiencia, Bartholomeo, studente.

184. Idem Petrus [5], baccalarius, ibidem citato eodem Michaele per sapienciam Mathiam, et facta relacione, eundem citasse, proposuit idem Petrus, quomodo eciam mediam marcam pecuniarum sibj Michaelj in mutuum dedisset, petens, eciam sibj restitui. Qui ex aduerso Michael negauit narrata, prout narrantur, et idem principalis obtulit se probaturum.

185. Idem eciam Michael, baccalarius, debet scolarj Petro, baccalario, librum in quatuor grossis impignoratum restituere infra hinc ad viijam.

186. Caspar de Cassouia, studens huius Vniuersitatis, ad instanciam Bartholomei de Polszenijecz, eciam studentis, citatus, non comparans [6], pronunciatur contumax per se.

187. Die Lune xvj Aprilis. Constitucio. Mgr. Clemens de Torn in causa, quam Niclino, baccalario, mane interdixit, occasione certarum rerum, mgros Iacobum Boxijcza, Thomam de Lijpa, Mathiam

---

[1] 4. IV. [2] Commutatione hiemali 1468/69. [3] = in castro Cracoviensi. [4] 8. V. [5] Kozłowita. [6] Sic!

Bassak, procuratorem consistorij Cracouiensis, in solidum omnes in procuratores constituit, cum potestate substituendj in forma meliorj, eciam ad tollendum, leuandum pecunias et quitandum de eisdem, promittens rata, grata cum clausulis opportunis. Presente dno Arnolpho, dre, et me Arnolpho [1], notario.

Acta actitata coram Venerabilj ac Magnifico dno mgro Petro Gasschovijecz, in medicinis dre, phisico regio, consule ciuitatis ac rectore Alme Vniuersitatis Studij Cracouiensis, commutacione estiualj anno Dni millesimo quadringentesimo septuagesimo indiccione tercia pontificatus ss. in Xristo patris dni Paulj, diuina prouidencia pape secundj, anno sexto, die Mercurij xxv Aprilis, alias feria quarta Pasche, canonice electo, per me Arnoldum ingrossata [2].

189. Saturni xij Maij. Obligacio. Constitutus personaliter Honorabilis mgr. Iohannes de Osszvyanczijm [3], apud acta confessus, se quinque florenos Iohanni de Nijegardow, studenti, racione caucionis fideiussorie pro quodam Paulo, filio capitanei de Tarnow, tenerj et debere, principalem se ponendo pro eodem et ipsos quinque florenos infra hinc ad festum s. Iacobj proxime venturum [4] eidem Iohanni de Nyegardow, studenti, se soluere obligauit, racione huiusmodj caucionis. Insuper de residuo debitj, in quo idem Iohannes, studens, dicit eundem Paulum sibj obligatum, sunt homines circa festum predictum locaturj et cognita causa dictaturj huiusmodj residuum debiti. Et quidquid ex arbitrio et laudo bonorum virorum, sic locandorum, inter ipsum Iohannem et Paulum, studentem, fuerit arbitratum, cognitum et adiudicatum, ad id idem mgr. Iohannes de Osszvyanczym similiter ut principalem obtulit se satisfacturum et extunc obligaturum, omnibus excepcionibus renunciando, et se iurisdiccioni dni rectoris pro tempore existentis submittendo. Presentibus ibidem Iacobo de Vrzadow, studente et dispensatore Collegij artistarum, Mathia, sapiencia, Mathia de Brzesini, studente. Iohannem quidem, mgrum, ibidem Mathias de Brzesini, executor datus, pro prima rata monuit, videlicet pro quinque florenis.

190. Sabbati xij Maij. Obligacio. Marcus de Cassouia, arcium baccalarius, infra hinc ad octauam obligauit se soluturum xxvj grossos

[1] Arnoldo de Kuchary. [2] Actorum nri 189—237, Codicis pag. 56—76. [3] Sacranus?, Beber? [4] 25. VII.

Ingenioso Adriano, studenti, racione Allexandrj [1] et Donati, librorum, apud ipsum Adrianum emptorum, sub excommunicacionis pena. Presentibus ibidem Nicolao de Cracouia, Martino de Gnezna, studentibus Alme Vniuersitatis Cracouiensis.

191. Continuacio. In causa inter Zachariam, baccalarium, et Iohannem de Vijelijczka, studentem, continuatur ad idem faciendum coram dno rectore ad octauam. Presentibus in actis.

192. Continuatur inter Nicolaum de Kalisz, studentem, et Martinum [2], presbiterum, vicarium ad s. Annam, etiam studentem, ad octauam ad idem faciendum coram dno rectore. Presentibus, ut in actis.

193. Obligacio. Stanislaus de Sandecz, studens, Iohanni de Pijothrkouia, studenti, vnum cum medio florenos occasione duorum voluminum librorum, emptorum per ipsum Stanislaum apud eundem Iohannem, continencium in se »Tractatus« Petri Hispani et »Nouam poetriam« Ganifredj, infra hinc ad festum Margarethe virginis proxime venturum [3], soluere se obligauit, sub pena excommunicacionis. Presentibus, ut in actis.

194. Die Martis xv [4] Maij. Pena vallata. Dnus Iohannes Lathoschinskj, decretorum dr., rector surrogatus per dnum Petrum, medicine drem, inter Ingeniosos Andream de Pijothrkouia et Skierdo de Rekouiecz, studentes, penam centum florenorum pacis et treugarum vallauit, ac de iniurijs vtriusque mouendam causam ad primam iuris post aduentum solius dni rectoris, coram sua Magnificencia trutinandam, suspendit. Hec Arnoldus, notarius, ad relacionem dni surrogatj predicti. Presentibus eciam Mathia, notario.

195. Sabbati xix Maij. Coram dno Lathoszynskj, surrogato, Iohannes Pijwko [5], baccalarius, proposuit contra Nicolaum [6], item bacc., quia repetit per eundem librum suum, videlicet »Nouam rethoricam« Tullij [7], alias amissum sev perditum, petens sibj restitui. Qui ex aduerso respondens, litem contestando respondit, se habere librum, videlicet »Nouam rethoricam« Tullij, emptum in vendita, negans ipsum eiusdem actoris. Qui proprietatem eiusdem probabit ad octauam, et interim vim monicionis dnus surrogatus, occasione eciam librj eiusdem contra eundem actorem emanate, ad decisionem eiusdem cause suspendit.

196. Constitucio. Die Saturni xix mensis Maij. Skyerdo [8], de bursa diuitum studens, constituit procuratorem mgrum Stanislaum de Llublyn in causa, quam habet cum Andrea de Pyothrkow, ad agendum, defendendum, prout in forma meliori. Presentibus ibidem in actis.

---

[1] Galli »Doctrinalis«. [2] Kłodawitam. [3] 13. VII. [4] In Codice »xiiij«.
[5] de Zastępów. [6] Radomitam. [7] Ciceronis. [8] Rakowicensis, cf. nros 194 et 210.

197. Die Iouis xxiiij Maij. Obligacio Feter. Honorabilis Marcus de Cassouia, arcium baccalarius ex bursa Ierusalem, Famoso Iohanni Ffeter, ciui de Cracouia, infra hinc ad quindenam vnam sexagenam communis pecunie soluere aut interim fideiussores ijdoneos pro eisdem ponere et cauere sibj Iohanni, ciui, debet sub excommunicacionis pena. Quem ibidem mgr. Petrus de Msticzow, plebanus, executor, per dnum rectorem sibj Iohanni datus, pro eadem sexagena et alias iuxta obligacionem monuit, sub excommunicacionis pena, extunc in eundem Marcum, bacc., ferenda. Presentibus ibidem mgro Petro Msticzow, Mathia, sapiencia, etc.

198. Sabbatj xxvj[1] Maij. Marcus de Cassouia, baccalarius ex bursa Ierusalem, confessus est, se tenerj Martino de Varalio, studenti, tres cum medio florenos. Et dnus rector ex confessatis decreuit, sibj Martino solucionem per ipsum Marcum impendere infra hinc ad quindenam, sub pena excommunicacionis. Presentibus Mathia, sapiencia, Nicolao de Opathovijecz, mgro Valentino de Ilkusch.

199. Lune xxviij Maij. Dorothea Lysza, sutoris de Cracouia, citato Iohanne, studente, petiuit, distrahi pignus, videlicet tunicam nigram, in vno floreno et quinque grossis impignoratam. Et Iohanne, studente, confitente debitum, videlicet vnum florenum, super eandem tunicam receptum, dnus rector decreuit, infra octauam pignus redimendum alias in octaua coram se comparendum. Presentibus mgro Iohanne Glouita[2], Mathia, sapiencia.

200. Saturni secunda mensis Iunij. Iohannes, presbiter de partibus Mysznye et studens de bursa pauperum, proposuit contra dnum Baltizarum, baccalarium de bursa philozofforum, quod sibi tenetur decem grossos cum quinque racione certi debiti muttuati, residui, per ipsum Iohannem, presbiterum, in presencia dni Baltazaris. Qui confitendo debitum confessus est, esse soluturum decem grossos, prefato dno Iohanne, presbitero, negante solucionem, qui probabit ad feriam sextam proximam[3], dnus Baltazar de quinque grossis, autem dnus Iohannes, presbiter, probabit eciam ad feriam sextam proximam. De taxillis vero ludendis dnus rector decreuit, quilibet per vnum fertonem ad feriam sextam prefatam racione pene reponat. Presentibus dnis Petro et Georgio, altaristis ad b. Virginem, et Erasmo, filio dni theoloneatoris[4], etc.

201. Iohannes, olim seruitor dni Stanislai de Kobylino, decretorum dris, proposuit contra mgrum Iohannem de Pylcza, seniorem burse diuitum, quod sibi tenetur, racione seruicy sui exercentis in officio tercionatu[2], quindecem grossos residuos. Ex aduerso mgro Iohanne confitente solum et duntaxat sex grossos teneri, reconveniendo mgr. Iohannes in continenti proposuit, quod vna cortena[5] in valore vnius floreni

---

[1] In Codice: »xxvij« correctum in »xxvj«. [2] Sic! [3] 8. VI. [4] »theoloneatoris«, sic! [5] Insuperscriptum »trusile«.

fuit de comodo ipsius ablata, que cortena arrestata fuit apud eundem Iohannem, seruitorem, qui Iohannes confessus est,[1] habere prefatam cortenam[2] ab alio homine, quam a mgro Iohanne. Et dnus rector decreuit, evictorem poni ad feriam sextam proximam[3], prefatus vero Iohannes, seruitor, summisit et obligauit se responsurum super obiectis mgri Iohannis. Presentibus Petro et Georgio, altaristis ad b. Virginem in Cracouia, etc.

202. Stanislaus de Tarnow, studens, soluat ex decreto dni rectoris quatuor grossos Paulo, baccalario de Dzwyrszna, infra hinc ad feriam sextam proximam[3], sub pena excommunicacionis.

203. Veneris viij mensis Iunij. Iohannis, olim seruitoris dni Stanislai de Cobylino, decretorum dris, et mgri Iohannis de Pylcza in causa dnus rector continuauit terminum ex certis respectibus propter deliberacionem ad Sabbatum proximum[4]. Presentibus mgro Petro, plebano in Msticzow, Petro, altarista ad b. Virginem.

204. Iacobus de Cowalye, scolaris de ecclesia Omnium ss., contra Paulum de Wangrzynow, studentem de bursa pauperum,[5] quod feria quinta proxima ante festum Pentecosten[6] eundo idem Paulus ad Collegium[7] ad lectionem in platea Columbarum, idem Paulus[8] irruendo ad Iacobum per collum et guttur iugulauit proprys manibus, capillauitque per crines crudeliter, et in canale proiecit, et hys non contentus iuuennem[8] innocentem suum percussit. Quam iniuriam suam et iuuennis[8] extimauit ad centum florenos hyngaricales, petens, ipsum compelli ad id soluendum iusticia mediante in presencia Pauli de Wangrzynow, qui petiuit dilacionem ad respondendum ad Sabbatum proximum[4]. Presentibus. Et in continenti Iohannes de Rokynycze et Stanislaus de Nasszyrow, studentes de bursa pauperum, fideiusserunt et cauerunt pro dicto Paulo de securitate et pace habenda inter partes sub pena centum florenorum. Presentibus Alberto de Nagorznye[8] Colo, Paulo et Mathia, sapiencys.

205. Dnus Baltizar de bursa philozoforum ex decreto dni rectoris probabit solucionem decem grossorum, prout terminus requirit, ad quindenam pro secunda dilacione, Iohannes vero, presbiter de partibus Mysznye, condempnatur in vno fertone, racione pene reposite racione taxillorum ludendorum, et eciam in quinque grossis propter defectum probacionum et in contumaciam ipsius per dnum rectorem. Presentibus Alberto, baccalario, Mathia et Paulo, sapiencys.

206. Dorothea Lysza, sutoris de Cracouia, comparans[8] iudicialiter coram dno rectore, habendo in manibus pignus, videlicet tunicam, per Ieronimum de Wrathislauia impignoratam in vno floreno, petens, restitui

---

[1] se. [2] Insuperscriptum »trusile«. [3] 8. VI. [4] 9. VI. [5] proposuit. [6] 7. VI. [7] artistarum. [8] Sic!.

et solui florenum. Et dnus decreuit, tunicam vendendam sub testimonio in contumaciam Ieronimi. Presentibus Alberto de[1] Colo, Paulo et Mathia, sapiencys.

207. Mgr. Albertus de Nagornye[2] Colyo[2], procurator mgri Iohannis Lowycz, reperta citacione, debite executa contra Mathiam Bassak, procuratorem Iacobi, baccalary de Ruda, petens, per dnum rectorem sentenciam debite execucioni demandari per mgrum Nicolaum Bylina, tunc rectorem, latam[3], literasque executoriales decerni. Et dnus rector, vltra horam consuetam expectando, sentenciam debite execucioni demandauit literasque executoriales decreuit, et expensas in causa prefata et in litis ad mediam marcam moderacione preuia taxauit. Presentibus Paulo et Mathia, sapiencys, et Mathia de Preszbork.

208. Saturni nona Iuny. Iohannes de Wyeliczka, dictus Coszel, nomine suo proposuit verbo contra Nicolaum de Rogoszno proposuit[2], quod idem Nicolaus asseruit eum furem, asserens, apud ipsum Iohannem visum fuisse librum eiusdem Nicolai. Et Nicolaus predictus in continenti respondendo dixit, se nichil scire de hoc, quod ipse sit fur, et negauit, se aliquando ipsum furem vocasse intencione diffamandi et non[2] confundendi. Dixit tamen nichilominus, quod ego audiui, meum librum aut sibi similem visum fuisse apud predictum Iohannem de Wyeliczka, quem tamen ipse credit esse suum ex certis signis, prout didicit a referentibus; pro hoc tamen dixit, se nichil velle dicere de infamia sua. Et dominus mandauit predicto Iohanni, ut reponeret librum eundem, quem obtulit se apportare et presentare dno rectori sub pena viginti marcarum ad viijam. Et instante Nicolao premisso de obligacione et fideiussione de parendo iuri, dnus decreuit, quod idem Iohannes sub eadem pena debebit parere iuri usque ad decisionem cause, consenciente eodem Iohanne et Nicolao, premissis.

209. Saturni nona mensis Iuny. Venerabilis vir, dnus Iohannes Stankonis, dr. in medicinis, canonicus Cracouiensis et membrum Vniuersitatis, apud acta presencia rectoratus constitutus, sponte et libere recognouit et confessus est[4], habere totalem racionem et solucionem de duobus annis preteritis, videlicet millesimi ccccIxix[5] et septuagesimi de prepositura s. Crucis ecclesie collegiate et prebenda Vrathislauiensi, Discretum dnum Petrum Rychtenszteyk de Swijnycz[2], baccalarium in artibus Lypciensem et studentem Cracouiensem, saluo salario ipsius dni Petri, bacc.[2]. Et in continenti prefatus dnus Petrus, bacc., recognouit et confessus est eciam coram dno rectore,[4] totalem racionem fecisse prelibato dno Iohanni Stankonis, dri, et in aliqua summa nichil obligasse. Presentibus Paulo, sapiencia, et Bartholomeo de Swydnycz.

210. In causa Andree de Pyotrkow et Skerdo de Rakowecz[6] dnus rector cum mgro Iacobo de Boxycze et Nicolao, plebano de Ogrodzo-

---

[1] Nagórne. [2] Sic! [3] Cf. nrum 179. [4] se. [5] In Codice: »millesimi ccccIxmi«! [6] Cf. nros 194 et 196.

nycza, arbitris ex vtraque parte deputatis, omnes iniurias, controversias, hinc inde inter ipsas partes propositas, iudicialiter per sentenciam arbitralem compensauit. Et qualibet pars debet aliam petere pro Deo et hoc quantum pro interesse personarum et iniurys, personis illatis; quo autem ad iuuennes et iniurias ipsorum, quilibet agat pro sua iniuria coram quocunque iudice. Et hanc sentenciam arbitralem partes emologarunt sub viginti[1] marcarum, per partem tenentem medietatem, et per partem contravenientem aliam medietam. Et quilibet pars[2] reponat iuxta Statuta Vniuersitatis per sex grossos, racione pene ipsi dno rectori debiti, quilibet eciam eorum tenebitur reponere arma, quibus alter alterum invasit, cum suis complicibus, sub pena premissa, ad feriam quartam proximam post festum Pentecostes[3]. Presentibus Mathia, sapiencia, et Mathia de Preszbork.

211. Saturni xvj Iunij. Saturni xvj mensis Iunij in causa Llaurency de Gorka, actoris, et mgri Mathie, senioris burse Ierusalem, in causa[4] terminus continuatur partibus ad dandam peticionem sev libellum in scriptis pro feria tercia proxima post festum s. Trinitatis[5], et interim partes attendabunt[6] concordiam, locando arbitros eligendos ex vtraque in loco, in quo elegerint. Presentibus mgro Iohanne de Pijlcza et alys quam pluribus fidedignis ibidem in actis.

212. Martis xix[7] Iunij. Nicolaus et Stanislaus de Rogoszna ex vna et Iohannes[8] de Wijeliczka, partibus ab altera. Dominus ex officio inter easdem partes pacem firmando, vallauit penam decem marcarum de pace et de securitate hinc inde tenenda, et quod dicti Nicolaus et Stanislaus de Rogoszna neque per se neque per submissas personas infamabunt aut obloquantur dictum Iohannem de Wijeliczka, sub eadem pena, quam se soluturos submiserunt. Presentibus ibidem Nicolao, ministro ecclesie in Antiqua Brzesko, et Stanislao de Bochnija.

213. Saturni xxiij. Absolucio. Baltazarij de Svmbark et Iohannis Thos, presbyterj, in causa, ipso Baltazar, baccalario, comparante[4] vna cum testibus ad probandam excepcionem, per ipsum obiectam, et in contumaciam ipsius Iohannis, presbyterj, eciam testes receptj sunt. Et quia a principio cause frequenter contumax fuerat et fere per totam causam, ideo dnus rector absoluit prefatum Baltazar, bacc., ab instancia illius, protestantem de fatigis et expensis et negligencijs, propter hoc factis. Presentibus.

214. Saturni ultima Iunij[9]. Mgr. Matheus de Kathij, ex officio rectoratus citatus, comparuit in presencia Venerabilis mgri Mathie Sluszowijecz, decani facultatis arcium, petentis, compellj mgrum Matheum prefatum ex officio rectoratus ad peragendum actum sev leccionem in

---

[1] »viginti«? [2] »quilibet pars«, sic! [3] 13. VI. [4] Sic! [5] 19. VI. [6] »attendabunt«, sic! [7] In Codice erronee »xvij«. [8] Kozieł. [9] 30. VI. In Codice »Saturni *pen*ultima Iunij«!

artibus, iuxta continenciam priuilegy sui altaris, et lecture sue, eciam iuxta morem aliorum lectorum sev mgrorum illius facultatis. Qui mgr. Matheus dixit, se non obligari ex certis causis ad illum actum, circa hoc petens caucionem aut satisdacionem contra actorem super reconueniendo de iniurijs, sibi per Vniuersitatem illatis. Et dominus per certum executorem, Honorabilem dnum Martinum, precemptorem [1] mansionariorum s. Barbare, ad id deputatum, in presencia partis mandauit, monere eundem mgrum Matheum, quatenus sub pena excommunicacionis peragat actum debitum prenominatum infra hinc ad feriam terciam proxime sequentem [2], alias feria tercia proxima in termino monicionis det causas racionabiles, cur et quare ad premissa non tenetur. Presentibus ibidem Venerabilibus et Honorabilibus mgro Mathia Sluszowijecz, decano, Pultowiensi, et Iohanne [3], preposito [4] s. Hedvigis in Ponte regalj [5], mgro Iohanne [6], plebano de s. Anna, et dno Martino, precemptore mansionario et lectore s. Barbare. Quibus sic peractis mgr. Matheus prefatus protestatus est de appellando pro eo, quod non admittebatur de reconueniendo et quod nec est nec fuit, qui responderet de reconuencione et qui cauisset et satisdedisset de parendo iuri; instigatore officij ex aduerso replicante, non esse opus de aliqua dacione, satisfaccione, quia causa est officij et monetur ex officio rectoratus, vt faciat debitum suum et loco reconuencionis det causas racionabiles in termino monicionis, de quibus supra.

215. Saturni xiiij mensis Iulij. Honorabilis dnus Iohannes Cozeglowskij, notarius dni pallatini Cracouiensis [7], nomine Honorabilis dni Iohannis, plebani de Sloczijna, reposuit circa acta nostra quinque fflorenos Ffabiano, baccalario de Szamothulij, quos sibi ipse dnus Iohannes, plebanus de Sloczijna, obligatus fuit in actis nostri rectoratus soluere pro festo s. Adalberti immediate precedenti [8], quare ipsum plebanum de eisdem quinque fflorenis quittat et absoluit. Et nichilominus ipse Ffabianus pro residua debiti solucione nouem fflorenorum presenti non recedit, secundum qua [9] ipse dnus plebanus se obligauit in actis nostris tempore rectoratus Venerabilis viri dni Bijlina [10]. Presentibus ibidem Ingeniosis Stanislao de Przemysila [11] et Simone de Cracouia, Cracouiensis et Przemysliensis diocesum.

216. Saturni xiiij [12] mensis Iulij. Ingeniosus dnus Andreas de Cosczen, studens Alme Vniuersitatis Study Cracouiensis, proposuit contra dnum Iohannem Reycheimbach, eciam studentem, quod circa festa Corporis Xristi [13] ter eundem Andream maxillauit et arma portando. Qui dnus Iohannes negauit narrata, prout narrantur, et dnus rector admisit ad probandum ad viij. Et in continenti dnus Baltasar fideiussit pro Iohanne de parendo iuri.

---

[1] »prece*mp*torem«, sic! [2] 3. VII. [3] Bartoszowski. [4] vicepraeposito! [5] ad Cracoviam. [6] Proger. [7] Ioannis Teczyński? [8] 23. IV. [9] »qua«, sic! [10] Cf. nrum 125. [11] »Przemys*i*la«, sic! [12] In Codice »xiij«. [13] 21. VI.

217. Gabriel de Thoron recognouit, se teneri et obligari apud acta presencia rectoratus sedecem grossos mgro Iohanni de Skawina, plebano, infra hinc ad vnum mensem, sub pena excommunicacionis. Presentibus in actis.

218. Reuerendus dnus rector modernus concordiam fecit inter Stanislaum de Grodzysko ex vna et Iohannem de Robaczno ac Gregorium de Buk, studentes Alme Vniuersitatis Study Cracouiensis, hinc inde partibus ab altera, tali modo, quod ipse Stanislaus debet resumere prefatis Iohanni et Gregorio, studentibus, in Rethorica quolibet die duas horas, videlicet octauam et nonam, a festo s. Margarethe [1] vsque ad festum s. Iacobi proxime venturum [2]. Presentibus in actis.

219. Saturni xxj mensis Iuly. In causa Iohannis, presbyteri de partibus Mysznye, et Balthazaris de Svmbark dnus rector ex certis [3] causis et respectibus partibus pro crastina die terminum assignauit ob spem concordie, alias in defectu concordie Iohannes, presbyter, testes producet super sua intencione ad viij. Presentibus dnis consiliarys et Paulo, sapiencia.

220. Thomas de Costen et Thomas de Nyssza, studentes de bursa philozoforum, testes, iurarunt dicere veritatem in presencia dnorum rectoris et consiliariorum, citati per Paulum, sapienciam, inducti per Andream de Coscen, studentem, contra Iohannem de Reybamch [4]. Presentibus dnis consiliarys.

221. Solis xxij mensis Iuly. In causa Stanislai, baccalary de Gorka, et Iacobum [5], olim cantorem ad Omnes ss. in Cracouia, partibus, hinc inde dnus rector modernus de consensv et voluntate coarbitrorum, videlicet dnorum Iacobi de Lysszow, s. pagine et iuris canonici, Iohannis de Pysdri, Iohannis de Thost, decretorum dribus [6], et mgri Andree de Labyschyn, ex compromisso parcium, in dnos arbitros facto, omnes controuersias, lites et percussiones suffocauit et principaliter decreuit, quod dnus Iacobus, cantor, debet petere dnum bacc. et e converso dnus bacc. cantorem coram nobis et coarbitris nostris, et quod debent esse amici inter se sub pena quadraginta marcarum. Et pro lesione et offensa bacc., prefatus Iacobus, cantor, debet soluere et dare septem florenos vngaricales ad festa sequencia, videlicet duos florenos ad festum s. Bartholomei [7], vnum florenum ad festum Natiuitatis Xristi, vnum florenum ad Pasce [8], vnum ad Iacobi [9], et vltimos duos florenos ad festum Natiuitatis Xristi, quo scribetur anno Dni mccccIxxxx [10]. Presentibus Mathia, sapiencia, Iohanne de Poznania et Nobili Iacobo Gebolthowsky [11].

---

[1] 13. VII. [2] 25. VII. [3] In Codice »certi*bus*«, sic! [4] »Reyba*m*ch« ?, »Reyba*n*ich« ?, »Reyche*im*bach« ?, cf. nros 216 et 223. [5] »et Iacobum«, sic! [6] »doctoribus«, sic! [7] 24. VIII. [8] 14. IV 1471. [9] 25. VII 1471. [10] Alia manu antiqua in margine adscriptum: »Errauit notarius circa numerum annorum, quia stare debet 1471«. [11] In margine adscriptum: »Soluit Iacobus, cantor, Stanislao, bacc., pro racione tres fertones«.

222. Llune xxiij mensis Iuly. Constitutus personaliter apud acta presencia rectoratus Honorabilis dnus Nicolaus de Pabyanicze, plehanus in Chanczyni, recognouit, se teneri et obligari duos florenos hungaricales Discreto Andree de Lessz, studenti Study Cracouiensis, quos sibi promisit et obligauit soluere hinc et tres septimanis[1] sub pena excommunicacionis. Et si aliquod dampnum habuerit idem dnus Andreas infra terminum solucionis racione istorum duorum florenorum, extunc se submisit reddere indempnem prefatus dnus Nicolaus ipsum dnum Andream. Presentibus in actis.

223. Saturni xxviij mensis Iuly. Constitutus personaliter apud acta presencia Iacobus de Chromanalow proposuit contra dnum Stanislaum, baccalarium de Gorka, quod de anno dni millesimo ccccIxmo nono post festum s. Michaelis[2] idem dnus Stanislaus, bacc., dictum Iacobum, dum in seruicium cantoriatus in Bochnam scole recepit, promittebat sibi Iacobo dare expensas proprias vel immenes[3] dare, quibus contentebatur expensis, et racionem expensarum extimauit ad mediam marcam. Item promittebat idem Stanislaus, bacc., prefato dno Iacobo de columbacione habere tres fertones. Item litterales de immenibus[4] per vnum grossum dare promitebat. Item sex sexternos, in quibus continebatur: »Proverbiorum«, »Sapiencie«, »Ecclesiastici«, »Ecclesiastes«, »Canticorum«. In presencia dni Stanislai, bacc., negante narrata, prout narrantur, duntaxat confessus idem Stanislaus, se scire de quatuor sexternis, de alys duobus faciat diligenciam, inquirendo dictos sexternos. Et dnus rector ex confessatis ipsius Stanislai, bacc., decreuit, restituere prefatos sexternos vel solucionem viginti grossorum ad xv. Presentibus dnis Iacobo de Boxycze, Paulo, sapiencia. Et dnus Iacobus probabit alios articulos ad xv. Presentibus.

224. In causa dni Andree de Cosczen et Iohannem de Reymbach[5] dnus rector decreuit, testes examinari infra hinc ad octauam. Presentibus in actis.

225. Saturni quarta mensis Augusti. Stanislaus, baccalarius de Gorka, in causa sua, quam habet et mouere intendit coram dno rectore, cum Iacobo[6], olim cantore ad Omnes ss., constituit suum procuratorem legittimum, videlicet Mathiam, sapienciam, presentem et omnes huiusmodi procuraciones reassumentem, ad agendum, defendendum, excipiendum, nec non ad leuandum et percipiendum pecunias ab ipso Iacobo, cantore, racione concordie obligatas, et quitandum de perceptis. Petrus de Myechow ad relacionem dni rectoris. Presentibus in actis.

226. Ingeniosus Laurencius de Goloczycze, studens, proposuit contra Iohannem Lomsza, quod librum, in quo continentur »Tractatus« Petri

---

[1] Sic! [2] 29. IX [3] = hymenes? [4] = de hymenibus? [5] »Iohann*em* de Rey*m*bach«, sic!, cf. nros 216 et 220. [6] Chromanalowita.

Hyspani et »Computa«[1], daret sibi ad seruandum. Qui Iohannes, litem contestando, negauit narrata, prout narrantur. Et dnus rector decreuit, iuramentum prestare ad viij, et interim attemptabunt concordiam crastina die. Presentibus in actis. Et ad hoc per Paulum, sapienciam, ipse Iohannes citatus.

227. Augusti xij 1470. Actus iste habitus est coram Venerabili dno Arnolpho de Mirznyecz[1], protunc vicerectore Study Cracouiensis. Nobilis Nicolaus Rosumbersky, studens Study generalis Cracouiensis, personaliter constitutus, aput acta presencia publice et libere recognouit, se tenerj duas marcas cum quatuor grossis racione expensarum perceptarum Honestis Stanislao Chronij, pistori, et sue vxori de Cracouia, ibidem presentibus, quas quidem duas marcas cum quatuor grossis obligauit se soluturum eisdem infra hinc ad festum s. Mathei proxime venturum[2], sub penis et censuris excommunicacionum. Presentibus ibidem Venerabili et Egregio dno Arnolpho de Mirzinyecz, decretorum dre, tunc vicerectore, et Honorabilibus Georgio, altarista de b. Virgine, Petro de Dambicza, psalterista Cracouiensi, Stanislao ac Laurencio, balistariis de Cracovia, testibus ad premissa.

228. Saturni vicesima quinta mensis Augusti. Iohannes Pywko de Zastapow, arcium baccalarius, ad instanciam Nicolai de Radom, studentis, pronuncciatur contumax per se, et ad hoc per Paulum, sapienciam, citatus. Ad relacionem.

229. Iacobus, olim cantor ad Omnes ss. in Cracouia. Dnus rector de consensv Pauli, sapiencie, procuratoris Honorabilis dni Stanislai, baccalary de Gorka, prorogauit terminum solucionis duorum florenorum ad festum s. Crucis[3], quos florenos debuit soluere pro festo s. Bartholomei[4]. Presentibus in actis.

230. Saturni prima mensis Septembris. Die Mercury xxix[5] mensis Augusti Paulus, sapiencia, retulit, se citasse Iohannem, studentem de Cremnycza, ad instanciam Andree de Chanczynij ad diem hodiernum. Qui Iohannes pronunciatur contumax, instante Andrea. Presentibus.

231. Mgri Iohannis de Maiori Glogouia ex vna et mgri Iohannis de Glocz, partibus ab altera, in causa dnus rector modernus ffaciendo amicabilem composicionem inter partes: prefatus mgr. Iohannes de Maiori Glogouia tenetur soluere sex grossos mgro Iohanni de Glocz pro mensa, que fuit inpignorata per mgrum Mathiam de Maiori Glogouia in fertone vno; et idem mgr. Iohannes de Maiori Glogouia debet et tenetur facere diligenciam et repetere fertonem in dicto mgro Mathia, repetitoque fertone prefato, soluat residuos sex grossos et tenetur mgro Iohanni de Glocz. Presentibus mgro Bernardo[6] de Nyssa.

---

[1] Sic! [2] 21. IX. [3] 14. IX. [4] 24. VIII. [5] In Codice »xxvij«. [6] Mikosz.

232. Saturni xv[1] Septembris. In causa inter Albertum, baccalarium, et Stanislaum de Wyeliczka, studentem, dominus et pro hac vice partibus silencium imposuit, et sub debito obediencie mandauit Stanislao, vt amplius et de ceteris non audeat diffamare aut quocunque alio modo dehonestare prefatum dnum bacc. Presentibus.

233. Georgius, baccalarius, citatus ad instanciam Mathie, quondam pincerne Collegij[2], comparuit per procuratorem, maystrum Sigismundum[3], et dominus dedit ad octauam, ut personaliter comparere possit, ad obiecta ipsius Mathie responsurus. Presentibus[4].

234. Llune prima Octobris. Constitutus personaliter Iohannes de Costen, ffideiussit et principalem se posuit pro tribus fflorenis, quos Symon de Costen tenetur Stanislao de Costen. Et Stanislaus de Costen ibidem personaliter constitutus, assignauit et deputauit eosdem tres fflorenos baccalario Thome de Scocia. Debet itaque et tenebitur prefatus Iohannes reponere et cum effectu tradere in manus prefati dni bacc. prefatos tres fflorenos infra hinc et tres septimanas, sub pena excommunicacionis. Presentibus in actis.

235. Mercurij tercia Octobris. Constituti personaliter Ffamosus dnus Iacobus Wilkowsky, consul Cracouiensis, et dnus Nicolaus de Iaroslaw, baccalarius arcium, fideiusserunt in solidum pro Nobili Raphaele de Tarnawa[5], quod debet et tenebitur parere iuri et soluere iudicata coram dno rectore. Et idem dnus Raphael de Tarnawa[5] obligauit se sub pena ducentorum florenorum euincere et eliberare fideiussores suos. Presentibus in actis.

236. Saturni sexta Octobris. Iaroschy, ciuis Cracouiensis, ad ex aduerso dni Raphaelis de Tarnow[6], studentis, in causa terminus ad anunciacionem in scriptis ad octauam contra prefatum Raphaelem continuatur.

237. Die Martis ix[7] Octobris. Personaliter constitutus Honorabilis Iohannes de Skoczina[8], plebanus, recognouit, se tenerj et obligarj Honorabili dno Ffabiano de Schamotuli, arcium baccalario, in septem cum medio florenis, quorum quatuor debet et tenebitur dare ad festum Natiuitatis Dni proxime venturum, et tres cum medio pro festo s. Adalberti[9], sub pena reincidencie et reimposicionis in eosdem processus, quibus hactenus fuit innodatus. Presentibus in actis. Et in continenti Honorabilis dnus Petrus, plebanus de Msticzow, monuit interscriptum[10] dnum Iohannem ad solucionem subscriptj debiti ad terminos suprascriptos, sub penis in iisdem actis.

---

[1] In Codice »xvj«. [2] artistarum. [3] de Hainowia. Muczkowski, Liber promot., pag. 69. [4] Nrum 233 sequitur in Codice: »Saturni xxij mensis Septembris«, sed verba haec deleta. [5] »de Tarnawa«, sic! [6] »de Tarnow«, sic! [7] In Codice »x«. [8] „de Skoczina“, sic! [9] 23 IV 1471. [10] Sic!

238. Saturni xiij[1] mensis Octobris. Acta sunt hec coram Venerabili dno[2] Arnolpho de Mirzynecz. Constitutus personaliter Honorabilis dnus Thomas de Cossia apud acta presencia, proposuit contra dnum Baltazarum de Semberg, baccalarium, quod sibi tenetur sex grossos racione certi mutui debiti subsequenter de anno Dni mccccIxxmo. Feria secunda proxima post ante[3] festum s. Heduigis vel citra[4], dum monitus fuit idem dnus Baltazar per dnum Thomam pro dictis sex grossis, nescitur, quo spiritu ductus, prefatus dnus Baltazar verbis malis increpando in hec verba vel similia: Pessime deceptor et asine, ac alys verbis diffamatorys coram fidedignis et Honorabilibus diffamauit, quam iniuriam extimauit idem dnus Thomas ad centum florenos hvngaricales, mallens plus de proprys ammittere, quam huiusmodj iniuriam pati, petens, ipsum compelli. Iusticia mediante in presencia principalis, qui solum confessus est, teneri vnum grossum, de alys pecunys et infamatorys propositis, prout proponebantur, negauit narrata, prout narrantur. Et dnus rector ad viij decreuit suam intencionem probare. Consequenter idem dnus Baltazar coram dno rectore in audiencia dixit et proposuit contra dnum Thomam in hec verba, quod dnus Thomas decepit Baltazarum in tribus grossis racione resumpcionis. Qui dnus Thomas negauit, aliquam decepcionem factam esse, qui probabit[5] ad viij. Presentibus Mathia, sapiencia, et Mathia de Casszouia, arcium bacc.

Acta et acticata coram Venerabili viro, dno Arnolpho de Mirznyecz[6], decretorum dre et ordinario lectore, baccalario formato s. theologie, rectore Alme Vniuersitatis Study Cracouiensis[7], de anno Dni mccccIxx et Ixxj commutacione hyemalj[8].

240. In causa vertente inter Venerabilem mgrum Stanislaum de Corzip ab vna, et Honorabilem dnum Albertum de[9] Kolo, baccalarium in decretis, occasione vnius fertonis racione laboris »Artis memoratiue«, per prefatum mgrum Stanislaum ipsi dno Alberto impensi, vt debetur ex pacto, communiter cum alys, qui intrant suum auditorium, inito, dicimus, pronunciamus et per hanc nostram interlocutoriam decernimus, vt prefatus dnus Albertus de[9] Kolo, bacc. iuris, prefati mgri Stanislai preposicioni infra hinc et Sabbatum proxime venturum[10] debite et

---

[1] In Codice »xj«. [2] vicerectore. [3] »post ante«, sic! [4] Post ante 8. X? [5] In Codice »probauit«. [6] »Sic«! [7] 16. X electo. [8] Actorum nri 240—250, Codicis pag. 77—81. [9] Nagórne. [10] 20. X?, 27. X?

peremptorie respondeat. sub pena obediencie et prestiti iuramenti ac pena vnius fertonis, per ipsum dnum Albertum, bacc., si contraffecerit, ipso facto incurrenda. Lecta lata[1].

241. Die Lune antepenultima Octobris[2]. Mgr. Iohannes de Llouicz, collegiatus Collegij artistarum, proposuit contra et aduersus ffratrem Georgium de Coprovnicia, baccalarium in artibus, tunc presentem, citatum, petens ab eo nouem florenos cum medio pro pellicea vlpina de verticibus[3], sibi comodata et per eum vsucapta a duobus annis citra vel vltra, quam dixit fuisse illius valoris et extimacionis. Item ab eodem petiuit crucem argenteam deauratam in valore duorum florenorum, eidem per eundem comodatam[4] ab eodem tempore, ad quorum solucionem petiuit eundem conpellli. Prefato dno bacc. tunc presente et terminum ad deliberandum petente, et optinuit[1] ad octauam. Presentibus religiosis Stanislao fr. de Coprovnicia, Andrea de Rypin, Nicolao Mathie de Llovicz, studente.

242. (Die Saturni 3 Novembris). Stephanus Stephani Kune de Namslauia, baccalarius arcium, recognouit, se teneri quatuor florenos vngaricales Venerabili mgro Nicolao de Cassouia, s. theologie bacc., burse pauperum seniori, ex causa fideiussoria pro Georgio de Namslauia, quos quidem quatuor florenos non soluente principalj, predictus Stephanus, bacc., obligauit se soluturum infra hinc et festum s. Barbare proxime venturum[5], sub censuris eclesiasticis et obediencia rectoris. Actum anno Dni 1470 die Saturni tercia Nouembris, presentibus ibidem Balthasar de Semberg, bacc. arcium, et Andrea, dni rectoris notario.

243. Die Saturni tercia Nouembris. Ingeniosus Andreas de Premdia[6] proposuit contra et aduersus Martinum de Svyevsha, quod die dominico ipso die Crucis exaltacionis[7] inuadiauit sibi nigram tunicam panni bohemicalis in valore vnius floreni et viij grossos in medio floreno, et pallium, mitram agnellinam, et alias res in valore vnius floreni cum medio tradidit prefato Martino in custodiam. Ex aduerso Martinus negabat et negauit[1], sibi aliquid impignorari et aliquid in custodiam dari. Et dominus prefato Andree assignauit terminum ad probandum prima iuris, quod res suscepit dictus Martinus in suam custodiam et quod suscepit pignus. Presentibus Thoma de Skocia, baccalario, mgro Iohanne de Glocz.

244. Die Martis sexta mensis Nouembris. Constitucio. Barthosius de Voijnijcz Garbarz in causa, quam habet vel habiturus est cum mgro Iohanne Vyeszni de Voijnijcz, constituit suum verum et legitimum procuratorem, Mathiam, sapienciam, ad agendum, deponendum contra prefatum mgrum Iohannem Voijnijcz pro, de et super xiiij grossis, sibi per eundem mgrum pro vino debitis, nec non ad faciendum

---

[1] Sic! [2] 29. X. [3] »de verticibus«? [4] In Codice »comodata«. [5] 4. XII. [6] »de Premdia«, sic! [7] 14. IX? (= die Veneris!).

omne id in hac causa, quod ipse per se esset facturus, puta iuramenta de calumpnia et alia decisoria prestandj et exhibendj, nec non debitum principale petendj, recipiendj et de eo quittandj. Presentibus maistro Iohanne de Glocz, maistro Stanislao Korzyp.

245. Die Martis sexta mensis Nouembris. Iacobus de Kokanow[1], cantor olim de Omnibus ss., satisfaciendo termino et obligacioni, superius descriptis, reposuit ad acta presencia xx grossos, quos recepit eo presente Mathias, sapiencia, ut et tanquam procurator Stanislaj Gorka, baccalarij, de quibus ipsum ibidem tunc citauit. Reliquum eiusdem, videlicet viij debitum, reponet eidem cum alys peccunys in termino proximo, salua sibi accione et repeticione expensarum, ab eodem bacc. sibi debitarum et non solutarum. Presentibus mgro Stanislao Korzyp et mgro Lovijcz.

246. Caspar Bartholomei de Olszna, studens, tenetur viij grossos racione repertature »Epistolarum« Pogy mgro Mathie de Schidlow, quos soluet peremptorie infra quindenam ex decreto dni rectoris. Presentibus mgro Andrea de Labischin et Iohanne de Nyedzvyecz.

247. Georgius de Frankynsteyn, baccalarius arcium, contra et aduersus Andream de Kyrchdorff, bacc. arcium, per Mathiam, sapienciam, citatum et tunc presentem, proposuit, quomodo de anno presenti die dominico proxime elapso[2] in sasristia s. Marie in circulo Cracowiensi animo iniuriandi sibi latrocinia et alia verba increpatoria et diffamatoria intulit, et insuper minas de percuciendo dixit et comminatus est. Et insuper dominicellum suum Gaspar distrahit in suum dampnum, iniuriam et pudorem, que[3] omnia et singula ad decem marcas extimauit et extimat, mallens tantumdem de proprys ammittere, quam predicta a predicto bacc. fuisse passum. Andrea ex aduerso principali negante[4] narrata, prout narrabantur, et petente, predicta fieri non debere, actore principali offerente[5] se probaturum ad minus per vnum testem, et in supplementum alterius testis illius detulit iuramento, et si illud sibi retulerit, paratus est subire. Et dominus decreuit pro hoc octauam, vtrique parti presenti et consencienti assignauit. Presentibus, quibus supra.

248[6]. Mgr. Iohannes de Noua Slupteza, rector scolarum ad s. Stephanum, contra et aduersus Nobilem Iohannem Galka, studentem, tunc presentem, citatum, proposuit, petens ab eo librum »Cronice« Vincenciane[7], dumtaxat textualis, quem sibi fere ab vno anno vel amplius comodauit. Predicto dno Iohanne[8] Galka proposita confitendo sed predictum librum »Cronice« dicente, se comodasse mgro Andree de Labyschyn, contra quem, tunc presentem et citatum, ad hoc proposuit pro predicto libro, petens, sibi eundem librum restitui, vel alias ab eodem

[1] »de Kokanow«, sic!, cf. nros 223, 225 et 229. [2] 4. XI. [3] In Codice »*quia*«. [4] In Codice »*negantem*«, sic! [5] In Codice »*offerentes*«, sic! [6] Nrus 248 bis in Codice scriptus, sed prior deletus. [7] Vincentii Kadłubek [8] In Codice »*Iohanni*«, sic!

se euinci ab instancia principalis. Et mgr. Andreas predictus negauit, se eundem aliquando accomodasse et vt accomodatum habuisse. Et dnus rector ex officio mandauit predictis partibus, coram se infra octauam comparere, et Andream de Gostyn, cuius fuit originalis liber, ad hoc citare. Presentibus, quibus supra.

249. Mgr. Iohannes de Noua Szluppcza, rector scolarum ad s. Stephanum, contra et aduersus Martinum de Varka, baccalarium, locatum de Omnibus ss., tunc presentem et citatum, qui cum querela proposuit, quomodo de anno presentj ante xv citra uel ultra dies in scolis Omnium ss. in presencia plurimorum ipsum diffamauit, dehonestauit, inter alia dicens, eum esse non dignum gradu maistery, nec aliquando probum fuisse nec esse, quam iniuriam extimauit ad centum florenos hungaricales. Predicto bacc. contra eundem reconueniente proponentem, prout ipse mgr. post recessum suum de scholis Omnium ss. habitaculum, predicto bacc. ad manendum assignatum, despoliauit, delaniauit et inhonestauit plus, quam diej oportet, et defedauit ipsius bacc. contumeliam, iniuriam et honorem, que omnia extimat ad centum florenos. Presentibus Venerabili mgro Iohanne de Oszvyaczijn [1], canonico s. Floriani. Et respondebunt sibi in octava. Presentibus, quibus supra.

250. Limitacio termini cum Iohanne Wosser [2].

Acta acticata sub Venerabilj viro, dno Clemente de Gorka, decretorum dre rectoreque Alme Vniuersitatis Studij Cracouiensis, (commutatione aestivali) anno Dni millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo [3].

252. Anno Dni mcccc septuagesimo secundo. Iohannes de [4] Kyendez de Malomvcz alias de Varzecz [5], citatus ad instanciam Venerabilium mgrorum Iohannis de Lowicz et Clementis de Gambicza, recognouit, se recepisse a quolibet ipsorum singillatim per vnum florenum vngaricalem et mgro Clementj cum hoc septem grossos comunes [6] monete polonicalis occasione mutui, ad quorum solucionem terminum petiuit sibi darj, terminum ab hinc vsque ad festum s. Iacobi [7] apostoli proxime

---

[1] Sacrano? [2] Reliqua actorum pars commutationis a. 1470/71, item acta acticata coram rectore Joanne Dąbrówka duabus commutationibus sequentibus, videlicet aestivali a. 1471 et hiemali a. 1471/72, desiderantur in Codice nostro. [3] Actorum nri 252—267, Codicis pag. 107—111. [4] »de« deletum. [5] »Varzecz«?, »Varzon«? [6] »comunes«, sic! [7] 25. VII.

venturum Et dominus de consensu parcium sub pena excommunicacionis et dato executore, dno baccalario Ffabiano [1], monuit eundem, ut solueret ad terminum constitutum. Presentibus Venerab. mgro Iohanne Thost, dre, et mgro Damiano de Hungaria et Gregorio, seruitore, et alys circa acta.

253. Saturni vj Iunij. Obligacio. Die Saturni vj mensis Iunij ffrater Georgius, arcium baccalarius, ordinis s. Bernardi de monasterio Coprziwnicensi, filius Leonardi de Cracouia, veniens ad acta nostri rectoratus, confessus est, se teneri quatuor marcas pro receptis de appoteka Ffamoso dno Paulo, appotekario de Cracouia. Quas quidem quatuor marcas idem fr. Georgius obligauit se soluturum infra hinc ad duos annos, sub pena excommunicacionis, tali videlicet modo, quod pro istis quatuor marcis idem dnus Paulus, appotekarius, ciuis Cracouiensis, debet capere ab eodem fr. Georgio pro eisdem quatuor marcis aliquas prouisiones, salmones, ceruisiam et alia legumina, vsque ad totalem solucionem quatuor marcarum. Et si contigerit eundem fr. Georgium, vel patrem siue parentes euis de hac luce decedere, prefatus vero dnus Paulus, appotekarius, tanquam principalis [2] pro suo debito, idem fr. Georgius dedit sibi omnimodam potestatem, super bonis paternalibus et maternalibus eidem dno Paulo recepisse [3], iuxta exigenciam quatuor marcarum. Presentibus ibidem Honorabilibus et Discretis Gregorio de Skothnijkij et Petro de Zyelonkij, notarys dni rectoris, testibus ad premissa.

254. vij mensis Iuly. Mgr. Laurencius obligat se soluturum fertonem Agnetj, sartoris Iarosch, post decursum trium hebdomadarum sub pena excommunicacionis per Stanislaum Lathoschin. Presentibus in actis.

255. Sedecima mensis Iuly. Ad relacionem Mathie, seruitoris Vniuersitatis, citatus Stanislaus Nobilis de Gyeszow, studens, ad instanciam Ingeniosorum dnorum Iohannis de Luthomyrsko et Nicolaj de Posnanya, arcium liberalium baccalariorum, ob non compariciouem in termino assignato et expectato, pronunciatur contumax. Presentibus Iohanne de Starzechovycze, notario, et seruitoribus Vniuersitatis.

256. Vicesima Iuly. Iohannes de Chlewiska, Nobilis studens Cracouiensis, obligauit se soluturum vnam sexagenam pecunie et tredecim mensuras siliginis, nec non butirum et caseas Llaurencio, ciui de Cracouia, et sue consorti racione expensarum, pro quibus exequutabatur racione contumacie pro festo s. Stanislai in autumno proxime venturo [4]. Et in hunc finem predictus Llaurencius consensit sibi in absolucionem sub reincidencia et grauioribus. Presentibus Bartholomeo, plebano in Strzezow, et Petro, clerico de Bobowa.

257. xxiij Augusti. Ivnossius de Szulijrzyszch, arcium baccalarius, Nicolao de Szosszkowo recognoscit, se debere et obligari in

[1] Szamotuliensi. [2] Insuperscriptum »agens«. [3] Sic! [4] 27. IX.

duobus florenis et vno fertone, quos submittit se soluere pro festo Natiuitatis Xristi proxime futuro, sub pena excommunicacionis. Manu propria.

258. xvj Septembris. Andreas de Bochnya mgro Paulo de Zneyna, occasione resumpcionis pro gradu baccalariatus in artibus, veniens sponte aput acta hic presencia, se soluturum [1] florenum cum vij grossis pro festo s. Stanislai proxime futuro [2], sub pena excommunicacionis. Presentibus dnis Simone, dispensatore, Nicolao, campanista, et compluribus.

259. Ad relacionem Mathie, seruitoris, Thomas Wl [3] de Cracouia, citatus ad instanciam Nicolai de Poznania, minime comparuit, et instante ipso Nicolao et contumaciam suam accusante et petente, pronunciatus est contumax et excommunicandus.

260. Andreas, baccalariandus de Bochnija, veniens ad acta presencia, citatus per Stanislaum ad instanciam Blasij de Pobijedzyska, recognouit, se gladium ab eodem Blasio cum suis complicibus recepisse, quem gladium promisit bona fide ab hinc vsque ad tercium diem post festum s. Michaelis proxime venturum [4] redditurum et alias repositurum aput acta rectoratus, sub pena excomunicacionis et censuris ecclesiasticis. Et in manibus rectoris et in vim satisfaccionis fiende gladium suum eidem Blasio prefato et restitucionis prefatj gladij ipsius Blasy deposuit, recipiendum a Blasio, cum restituerit prefatum gladium Blasy, alias ipse die vltima comparebit, sucepturus rectoris decretum. Presentibus.

261. Vltima mensis Septembris [5]. Ego Iohannes Sczawyenskij recognosco, me debere et obligarj Ingenioso Stanislao de Schowa [6], studenti Cracouiensi, in quatuor florenis vna cum quinque grossis, quos submitto me et obligo soluere bona fide pro festo s. Michaelis proxime futuro [7], sub pena excommunicacionis. Presentibus Discretis Marco de Goray et Petro de Bobowa. Et recedo a monicione, subiciendo me ipso facto excomunicacioni, nisi soluero. Manu propria.

262. Vltima mensis Septembris. Albertus, baccalarius de Lithphania, citatus per Mathiam, seruitorem, ad instanciam Venerabilis mgri Andree de Labischin in termino, sibi ad comparendum legittime assignato, comparere minime curat, et instante eodem mgro Andrea et petente, pronunciatus est contumax et excomunicatus. Presentibus, ut in actis.

263. Quinta mensis Octobris. Iohannes de Pnijewi, mgr. arcium liberalium, Mathie de Wilczino, baccalario in artibus liberalibus,

---

[1] promisit. [2] 27. IX. [3] = Vvl = Vul = Wół. [4] 2. X. [5] 30. IX. [6] = Wschowa, Frauenstadt. [7] 29. IX 1473?

submisit se soluturum et alias obligauit se daturum decem florenos hungaricales pro festo Natiuitatis Dni proxime venturo, et alias[1] septem florenos eciam vngaricales eidem pro festo Pasche proximo[2], occasione debitj ex mutuo contractj, quos se recepisse ab ipso eodem Mathia, bacc., et fuisse cum effectu mutuatos confessus est, sub pena excomunicacionis et censurarum eclesiasticarum.

264. Item idem mgr. Iohannes prefatus[3] in continentj sponte recognouit, se debere et obligarj in duodecim florenis et vno fertone communis pecunie Margarethe, pistrici de Cracouia, occasione expensarum, factarum et perceptarum aput ipsam, quos obligauit se soluturum tunc, cum habere poterit in fortuna pingwiorj sua in personam prefatj Mathie, bacc. de Wylczino, sub censuris similiter eclesiasticis. Et hec in presencia amborum acticata sunt, ipsis volentibus, consencientibus et inscribi postulantibus. In vim certitudinis et subsistencye firmioris predictus ego mgr. Iohannes prefatus me subscribo manu propria[4].

265[5]. Sexta mensis Octobris. Iacobus, baccalarius liberalium arcium de Nowozolio, recognouit, se obligarj et debere duos florenos vngaricales Provido dno Georgio[6], advocato supremi iuris castrj Cracouiensis, occasione expensarum, aput eundem dnum Georgium habitarum et perceptarum, ad quorum solucionem se submisit et obligauit aput acta hic pro festo Natiuitatis Dni proximo, sub pena excomunicacionis et alys censuris eclesiasticis.

266[7]. Iacobus, baccalarius arcium, tres florenos cum medio minus quatuor grossos, Nicolao, sartorj de Cracouia, aput dnum Camyowsky manenti, hinc pro festo Natiuitatis Dni proxime affuturo sub pena excomunicacionis soluere se obligauit. Presentibus dnis Iohanne de Gorlicze et alys. Quem in continenti Albertus de Solecz, vicarius castrensis, monuit, vt pro decretis datis dictum debitum soluat sub penis prefatis.

267. Duodecima Octobris 1472. Laurencius, baccalarius de Cosczol, Venceslaus de Pobyedna, predicti nostri[8], legitime citati, comparuerunt, quos dnus rector per se monuit, vt pecunias lucratas in Petro Morsky, de quibus supra, sibi[9] in manibus ipsius dnj rectoris reponerent cum effectu, et pro penis ipsi Vniuersitati, secundum continenciam Statuti, satisfacerent infra hinc ad octauam, sub pena excomunicacionis. Presentibus Stanislao et Mathia, seruitoribus Vniuersitatis iuratis.

---

[1] »decem florenos hungaricales pro festo Natiuitatis Dni proxime venturo, et alias« deletum. [2] 18. IV 1473. [3] Pniewita. [4] »In vim certitudinis ..... subscribo manu propria«, alia additum manu. [5] Totus hic nrus 265 in omni parte alia antiqua manu deletus. [6] Arnsberg. [7] Etiam hic nrus 266 in omni parte deletus. [8] »nostri«? [9] »sibi« deletum.

Acta acticata sub Venerabili viro, dno Mathia de Costhen, decretorum dre, rectore Alme Vniuersitatis Study Cracouiensis, (commutatione hiemali) anno Dni 1472 [1].

269. Veneris xxiij mensis Octobris. Iohannes, studens de Syradya, in bursa Vngarorum morans, soluendo Honeste dne Anne pro x septimanis expensas, reposuit coram rectore sexagenam pro sex septimanis, et pro quatuor septimanis et x grossis debiti, in summa marcam cum ij grossis, obligauit se soluere infra hinc ad festum s. Katherine proximum [2], sub pena excomunicacionis. Presentibus dno Iohanne de s. Stephano et Stanislao, sapiencia, seruitore Vniuersitatis, cum xvj d. [3].

270. Ego Stanislaus de Wschowa obligo me Venerabili dno rectori circa presencia acta, quod volo viuere pacifice, nec alicui aliquam vim inferre et presentim Simoni, laico et cursori de Cracouia, nec aliquibus minis nec vibracionibus manuum, sed pro meis iniurys officium dni rectoris implorabo. Et si deinceps contumax aut alicui contumeliosus inventus et convictus fuero, ad penam exclusionis me obligo manu propria in his scriptis.

271. Saturni xiiij mensis Nouembris. Venerabilis vir, mgr. Stanislaus de Zawada, professor s. theologie et canonicus s. Ffloriani, confessus est, se debere Honorabili dno Nicolao Markel, baccalario arcium de Poznania, vero et legittimo factori ac procuratori Venerabilis mgri Martini [4] de Hylkusch, custodis Kyelcziensis, xx marcas communis pecunie, occasione cuiusdam concordie, inter ipsos habite et approbate per amicabiles compositores, per eos locatos et approbatos, videlicet Venerab. viros, dnos dres Clementem de Gorka, tunc rectorem, et Iacobum de Lyschow, certum debitum ad istos videlicet terminos: hys diebus infra octauas s. Martini [5] v, et secundas v pro festo Purificacionis [6], tercias v pro festo b. Stanislai in Maio [7], et vltimas v pro festo Penthecostes [8], se ad futurum annum immediate sequentes, sine aliqua dilacione et excusacione soluturum. Et prefatus dnus Nicolaus Merkel posuit se evictorem et intercessorem ex parte eiusdem mgri Martini et cuiuscunque alterius persone, prefatum dnum drem Stanislaum de Zawadao ccasione dictarum xx marcarum impetere volentis.

272. Mercury ix Decembris. Mgr. Martinus de bursa citauit per Stanislaum, seruitorem, mgrum Nicolaum, rectorem scolarum ad Omnes ss. Et de consensu parcium dilatus est terminus ad quindenam,

---

[1] Actorum nri 269—282, Codicis pag. 112—118. [2] 25. XI. [3] »cum xvj d.«, sic! [4] Bylica. [5] 18. XI. [6] 2. II 1473. [7] 8. V 1473. [8] 6. VI 1473.

vt interim ex adventu dris Arnolphi [1], tanquam plebani [2], cuius interest ministris ecclesie iusticiam ministrare, per eum inter ipsos equitas inveniatur.

273. xix [3] Saturni. Iohannes, studens [4] de Syradia, citatus per Mathiam, seruitorem, ad instanciam Honeste dne Sczodrkowa, comparuit et pecyt, sibi dari ad primam iuris ad deliberandum et mgrum suum consulendum pro vj florenis cum ij grossis, et pro diffamacione. Presentibus etc.

274. Iohannes fr., baccalarius ordinis [5], citatus per Mathiam, seruitorem, ad instanciam Laurency, carnificis de Cracouia, et Stanislai, pyleatoris, occasione debitorum, non comparuit et contumax pronunciatus. Presentibus seruitoribus.

275. xj Ianuarij Lune. Iohannes de Syradya, studens in bursa Hungarorum, iuxta inscripcionem prioris termini comparens, confessus est, se habere pelliceam a dna Scodrkowa et eam infra diem naturalem restituere se obligauit, et camisias duas, quas eciam ab ea se recepisse fatebatur, et x grossos grossos [6] pro ceruisia. Et ipsa dna Scodrkowa cum marito eidem Iohanni tunicam reddere debent in eodem termino et eam reponere coram rectore, partibus vtrobique consencientibus, sub pena excomunicacionis. Presentibus seruitoribus etc.

276. Veneris xv Ianuary. Stanislaus, alias cursor [7] morans circa Glowa in hospicio, citatus per Stanislaum, seruitorem, ad instanciam Symonis de Cracouia, cursoris, non comparuit et eundem afflixit et minas seruitori Stanislao incussit, eundem Symonem de ecclesia s. Stephani vi trahendo, ipsum in scolis crudeliter virgis cecidit, et tunica et pecunijs spoliando, cum gladio persequebatur, presentibus eodem Stanislao et multitudine hominum, in plathea concurrencium ad hoc spectaculum. Inscripcio obligatoria eiusdem Stanislai in secundo folio retro [8] manu propria ad penam exclusionis, premissa satisffaccione et venia obtenta. Presente dre Stanislao de Brzesyni, Stanislao, suo capellano, ac Stanislao, seruitore Vniuersitatis, et alys pluribus fidedignis.

277. Saturni xxiij Ianuary. Mgr. Mathias de Cobilino et Martinus, executores testamenti olym mgri Stanislai de Pleschov, licenciati in medicinis, citando quendam Laurencium, baccalarium, pro libro in astrologia, legato pro Vniuersitate per eundem licenciatum, posuerunt se evictores manv coniuncta pro parte olijm mgri Valentini [9], apud quem idem liber per prefatum Laurencium, bacc., est ostensus. Et idem Michael Hosz, pater prenominati mgri Valentini, asserebat, quod dictum librum frater ipsius licenciati ab eo vellet repetere. Ipsi tunc

---

[1] Mirżyniec. [2] ecclesiae Omnium ss. Cracoviensis. [3] In Codice per errorem »ix«. [4] de bursa Hungarorum. [5] Cisterciensis? [6] Sic! [7] Wschowita. [8] Cf. nrum 270. [9] Hosz.

executores, prout tenentur, eundem Michaelem, patrem mgri Valentini, et similiter ipsum bacc. Laurencium evincere ab eodem fratre prefati licenciati et a qualibet alia persona promiserunt. Presentibus Stanislao, seruitore, etc.

278. Iouis iiij Februarij. Venerabilis vir, mgr. Stanislaus de Sawada, professor s. theologie, de mane soluit Honorabili dno Niclino Merkel de Poznania v marcas in communi pecunia. Et postea hora vesperorum eadem die idem dnus Nicolaus, baccalarius, recognouit, se recepisse sextam marcam ab eodem dno dre Zawada. Et sic fatebatur, se iam recepisse x marcas debiti, obligatas ad ista acta pro duabus ratis, videlicet s. Martini [1] et Purificacionis [2], et adhuc x sibi se debere soluere dr. Stanislaus iuxta prius obligata fatebatur.

279. Mercury xvij February. Idem dnus Nicolaus, baccalarius arcium, alias Merkel, hora vesperorum recedere intendens vrbem Romanam, x marcas pro duabus ratis vltimis eidem soluendas per Venerabilem virum, mgrum Stanislaum de Savada, s. theologie professorem, demonstrauit soluendas occasione expensarum Honeste dne Thessnarowa Antique [3]. Et ipsa acquieuit et super eundem mgrum Stanislaum condescendit.

280. Item idem dnus Nicolaus [4] testamentaliter, si quid ei accideret in ipsa via [5], sorori Dorothee omnia et singula tunc legauit bona sua, quibuscunque nominibus censeantur.

281. Saturni xxvij Marcy. Testes citati et iurati in causa inter Albertum de Buk, studentem, et Valentinum de Leuczowia, super quibusdam iniurys et dampnis, deposuerunt. Et primo primus testis, videlicet Iohannes de Czijrenberb [6], confessus et comunicauit isto anno, deposuit, quod cum ipse Albertum vocauerat ad quendam sacerdotem de Leuczowia, qui cum Valentino, studente prefato, cantorem ad prefatam ciuitatem rectori scolarum ordinabant, idem sacerdos habuit dicere [7] ad Valentinum, quomodo est hoc dne Valentine, quod iste est Polonus cantor. Idem Valentinus habuit subinferre [8], hoc non ipse dixit, quia idem rector scolarum preobnixe per suum nuncium et memoriale me petiuit, quod ego ei ordinarem bonum cantorem, siue Polonum siue Almanum; sed quod ipse Valentinus assecuraret predictum Albertum, cantorem, de seruicio uel de certa quantitate salarij, de hoc sibi dixit non constare. Secundus testis, Iacobus de Laubecz, studens, in bursa Ierusalem morans, confessus, comunicauit, deposuit, quod cum Albertus et Valentinus, qui dictum Albertum promouebat in seruicium ad Leuczowiam iuxta intimata et scripta sibi, videlicet Valentino, studenti, per rectorem scolarum de ibidem, videlicet Leuczowia, quatenus sibi cantorem ydoneum, siue Polonum siue Almanum, ordinaret, ambo, videlicet

---

[1] 11. XI 1472, cf. nrum 271. [2] 2. II. [3] = Seniori. [4] Merkel. [5] Romana. [6] »Czijrenberb«, sic! [7] »habuit dicere«, sic! [8] Sic!

Albertus, cantor, et Valentinus, venientes ad hospicium cuiusdam sacerdotis nomine Petri de terra Scepussiensi, habuerunt in simul tractatum coram eodem sacerdote de ipso seruicio. Et cum dictus sacerdos interrogaret dictum Valentinum, studentem: dne Valentine assecuratis vos istum studentem et cantorem in seruicio, dixit, quod non audiuit certum responsum a Valentino, et nichilominus ipse cantor iuit tanquam ad certum seruicium, et illud non fuit assecutus.

282. Iouis viij Aprilis. Petrus, altarista de s. Maria, executor olym dris Coczwara, citatus per Stanislavm, seruitorem Vniuersitatis, ad instanciam Venerabilis mgri Petri de Coslow, racione merce salary deseruiti, per eundem olym drem Coczwara non soluti, respondere noluit, dicens, se non esse principalem executorem. Cum tamen mandatum habeat et sit per coexecutorem, dnum Iohannem, plebanum de Dobschycze, procurator ad omnia facienda propter illius absenciam constitutus, vnde ipsius ob non responsionem, alys excepcionibus tanquam friuolis non obstantibus, ipsum Xristi nomine invocato, contumacem pronunciamus in hys scriptis. Presentibus dno Casparo, vicario ad s. Annam, Mathia, sapiencia, et alys fidedignis.

(Acta actitata coram rectore Matthia Kostensi, decretorum dre, commutatione aestivali anno Dni 1473) [1].

284. Honesta dna Thesnarowa, Senior, recognouit, se recepisse v marcas a Venerabili viro, mgro Stanislao de Zawada, professore s. theologie, pro termino sev festo s. Stanislai [2] debitas solui Honorabili dno Nicolao Merlek [3] de Poznania, baccalario arcium, occasione expensarum. Presente dno Sbigneo [4], actis [5].

285. Veneris xiiij May 1473. Mgr. Mathias de Schidlow, citatus ad horam vesperorum per Stanislaum, seruitorem, non comparuit et contumax pronunciatus.

286. Saturni xxij [6] mensis Maij. Nicolaus, baccalarius de Franconia, citatus, comparuit ad instanciam Pauli, bacc. de Cosle, per Stanislaum, seruitorem, confessus est se debitorem eidem Paulo, bacc., sex florenorum, et promisit eidem soluere tres florenos ad terciam diem, et reliquos tres ad festum s. Iacobi proxime venturum [7]. Presen-

---

[1] Actorum nri 284—299, Codicis pag. 118, 127—128, 119—120, 128—129, 121, 130—132 et 122. [2] 8. V. [3] »Mer*lek*«, sic! [4] de Gebułtów. [5] Sic! [6] In Codice »xxj« [7] 25. VII.

tibus Stanislao et Mathia, seruitoribus, et dno Sbigneo[1] et dre Cobylynsky.

287. In causa Reuerendi patris, dni Iohannis de Pnyow, archidiaconi Cracouiensis, cum Nobili Iohanne Rytherszky de Rytherzs, instante dno Andrea de Wranblow, procuratore prefati dni archidiaconi, dominus ex certis causis et respectibus continuauit terminum ob spem concordie ad feriam sextam proximam post festum s. Iohannis Baptiste[2]. Presentibus dno Sbigneo de Gebolthow, vicario ad s. Annam et prebendario in Calyna.

288. Mercury ix Iunij. Honorabilis dnus Nicolaus Merkel de Poznania, arcium baccalarius, confessus est, se habuisse totalem et completam solucionem xx marcarum a Venerabili viro, mgro Stanislao de Zawada, s. theologie professore, obligatarum apud eadem acta de anno Dni 1472 Saturni xiiij mensis Nouembris[3]. Presentibus dno Caspar, vicario ad s. Annam, etc.

289. Martis xxij Iuny. Iohannes, studens de Syradia, citatus per Stanislaum, seruitorem, ad instanciam dne Margarethe Sczodrzakowa[4] de Cracovia, comparauit, et iuxta priorem obligacionem ad acta contumax fuit pronunciatus, et desuper processus contra eundem decretus, sed non exequtus. Illi ergo priori sentencie et decreto inherentes, decernimus, ut processus innouetur et pareat rei iudicate, et ex superhabundanti debet ipsa docere, quod eidem tunicam restituit, ad primam iuris. Presentibus dno Sbigneo[1], viccario ad s. Annam, et Petro de Scavina, altarista ad s. Mariam, etc.

290. Lune xxviij[5] Iunij 1473. Testes Honeste Margarethe Sczodrkowa, conciuis de Cracouia, producti contra Iohannem de Syradya, baccalariandum, in bursa Hvngarorum morantem, in causa inter ipsam et eundem vertenti pro quadam tunica, eidem impignorata, occasione expensarum et certorum debitorum per ipsum Iohannem, citati per Mathiam, sapienciam, et iurati. Primus testis, Nicolaus de Pysdri, habens xxij annos, communicavit anno isto et confessus, non excommunicatus nec in aliquo suspectus, deposuit, quomodo feria v post festum Purificacionis[6] post prandia descendens de canali, quod purgavit, vidit, quod ipsa Margaretha Sczodrkowa restituit Iohanni, studenti, tunicam nigram Astrodomensis panni, que fuit parata de palio, et habuit ista signa, videlicet modicam de purpura rubea circa manicas extremitates circumsuturam. Et illam tunicam, dixit testis, se vidisse eam[7] in pallacio ante testudinem domus dni Clethnar in plathea Slawkoviensi in acie, quam ipse Iohannes recepit sub palium[7], protestans et promittens, satisfacere debito pro vno denario tres, pro grosso tres grossos soluere, in quo debito eandem tunicam habebat obligatam. Secundus testis, Bar-

---

[1] Gebułtowita. [2] 25. VI. [3] Cf. nrum 271. [4] »Sczodrzakowa«, sic!
[5] In Codice »xxvij«. [6] 4. II. [7] Sic!

bara Mathyczyna, mulier honesta, non suspecta, habens apotecam sev mercimonium salicidarum, confessa, communicavit, non excommunicata, iurauit. Et propositum est ei, quomodo testis falsidicus tribus est obnoxius etc. Deposuit, quomodo feria quarta post Purificacionis festum [1] venit ad eius apothecam alias iatkam, petens eam, ut eum prouiccione et precibus adiuuaret, videlicet Iohannem, studentem, ad ipsam dnam Margaretham, que habebat tunicam obligatam in debito, sed dixit, se nescire, in quota summa. Et in crastino, videlicet feria v sequenti immediata post festum Purificacionis b. Marie [2], et dixit, quod tunc fuit in testitudine cum ipsa Margaretha Scodrkowa, que tunicam, de panno Astrodomiensi factam, de palio nigri coloris, eidem restituit et pro debito satisfaccre promisit. Et illa verbis suis promissorys confidendo, pretactam tunicam eidem restituit, et tunicam habuit super se protunc idem Iohannes noui coloris, et palium nigrum.

291. Die Iulij tercia mensis. Sentencia diffinitiva, lata per dnum rectorem in presencia consiliariorum Vniuersitatis sub hoc tenore. Cristi nomine invocato, in causa vertente inter Venerabiles dnos Arnolphum de Myezynyecz, decretorum drem, lectorem ordinarium iuris ab vna, et mgrum Iacubum [3] de Boczxycze, licenciatum in medicinis, procuratorem Vniuersitatis, partibus ab altera, pro, de et super quibusdam pecuniarys summis alias salarium lectoris ordinarij prefatj, per ea, que audivimus et ad presens cognouimus, diffinimus, decernimus et per hanc nostram sentenciam diffinitiuam mandamus, vt prefatus mgr. Iacubus [3], procurator Vniuersitatis, hodie et statim coram nobis prefato dno dri Arnolpho ad racionem sui salarij commutacionum proxime precedecium alias communi summatum [4] decem marcas reponat cum effectu, et de alys deseruitis et, prout dicitur, per eum retentis, exactam et plenariam faciat racionem coram nobis et alijs nobiscum in conuocacione proxima Vniuersitatis sessuris, et quod partes prefate stabunt racioni et iudicio nostro communi futuris sub pena amissionis cause. Quam sentenciam partes, tunc presentes, emologarunt et per expressum susceperunt. Presentibus ibidem Venerabilibus mgris, Iacobo de Lysow, decretorum dre et s. theologie professore, Andrea Stragardia, Iohanne de Osswyczym, Clemente de Gambicze, assessoribus et consiliarijs nostris, Martino de Lelow, notario publico, et Stanislao, seruitore Vniuersitatis circa premissa.

292. Die Saturni tercia mensis Iulij. Margarethe Sczorthkowa [5], ciuis Cracoviensis, in causa et Iohannis de Syradia, baccalariandj arcium liberalium, dominus publicavit dicta testium et copiam deposicionis, partj hec petentj decreuit terminum ad primam iuris ad excipiendum. Presentibus dno Arnolpho [6] et Iacobo de Boyxicze, alysque pluribus fidedignis.

293. Saturni x mensis Iuly 1473. Honesta dna Margaretha Sczodrkowa in causa, quam habuit dum cum [7] dno Iohanne, baccala-

---

[1] 3. II. [2] 4. II [3] »Iac*u*bum«, »Iac*u*bus«. sic! [4] »communi summatum«, sic! [5] »Sczor*th*kowa«, sic! [6] de Mirżyniec?, de Kuchary? [7] »dum cum«, sic!

riando de Syradia, pro tunica et alys debitis, pro se induxit in testimonium Discretum dnum Albertum de Bodzanczyn, actu presbyterum, qui non fuit excommunicatus. Citatus iurauit, fateri veritatem. Et inductum est ei, quomodo testis falsidicus tribus est obnoxius etc. Deposuit, quod Iohannem prefatum vidit multociens ad tabulam sedere in tunica nigra panni Astrodomiensis, parata de palio, habente circumsuturam de purpura circa manicas magnas, et nouissime aut in die Corporis Xristi [1] uel in octaua eiusdem festi, cum processiones fiebant, dixit, eum videre in eadem tunica processionem de ecclesia s. Marie sequentem et ambulantem. Quando autem sibi eam restituit, uel in quo debito ipsa tunica prefate dne Margarethe Sczodrkowa fuit obligata, dixit, se nichil scire.

294. Saturni xiv [2] mensis Augusti. N., introligator librorum, quondam pincerna [3] in Collegio iuristarum, morans in bursa Hungarorum, citatus per Mathiam, seruitorem, ad instanciam Nicolai alias Dlugosch, thabernatoris de Czyrini, expectatus per totam diem, non comparuit, vnde, Xristi nomine invocato, pronunciamus eum contumacem in hys scriptis.

295. Iouis xix Augustj. Heduigis Premanszska, mulier de Cracouia, proposuit contra Honorabilem dnum Iohannem [4] de Crwslow [5], canonicum Cracouiensem, quomodo a duobus annis cum medio precedentibus ipse dnus canonicus Stanislaum, filium suum, hic Cracouie cum suo consensv et ad suam curam ad sibj seruiendum recepit, et de ipso bonam curam habere et ipsum in vna uel in sex septimanis ad placitum dicte Heduigis et ibj Cracouie restituere promisit, quotque hijs non attentis, ipsum Stanislaum dno Kamyenyeczkij in illibertem dedit, et ibj magnam miseriam et defectum patj procurauit et admittit, monitusque sepius ad restituendum, eundem restituere non curat. Quare petit, cogj eundem dnum canonicum, vt dictum est, ad restituendum sibj Heduigij filium suum memoratum, et in litis expensis condemnarj, presente dicto dno Iohanne, canonico, ad huiusmodj proposicionem animo litem contestandj negante narrata, prout narrantur, et petente, petita fierj non debere. Et datur ad probandum dicte Heduigi, actrici, ad primam diem iuris.

296. Saturni xxj Augusti. Mathias, studens de Coschijcze, olym in hospitali morans, recognouit, se teneri xix grossos ad festum s. Michaelis proximum [6] Stanislao de Clesna [7], et soluturum obligauit sub pena excommunicacionis. Presente dno Michaele [8] etc.

297. Iouis secunda Septembris. Bartholomeus, arcium baccalarius de N., in bursa Vngarorum tunc morans, citatus per Ma-

---

[1] 17. VI. [2] In Codice »xv«. [3] In Codice »pi*m*cerna«. [4] Pieniążek. [5] »Crwslow«, sic! [6] 29. IX. [7] »de C*l*esna«? [8] Kostensi.

thiam, seruitorem, ad instanciam Katherine et Dorothee, sororum germanarum de subvrbio alias Piscaria, Cracovie morancium, in termino sibi prefixo hora vesperorum comparuit. Que contra ipsum proposuerunt, quomodo ad domum ipsarum veniens sepius, vim et insolencias eis fecisset, et vltimate multas minas eisdem incussisset, volens eas de domo eadem eycere. Tandem die Mercury prima Septembris vnam ipsarum, videlicet Dorotheam, de Cracovia cum ceruisia euntem, percussit, caput eius denudando capillauit, que metu maiorum verberum fugit, eciam cantheros dimittendo. Vnde petentibus ipsis, eum condempnari in damnis et iniurys, ipso quoque bacc. negante, cum testes habere nequissent, dum sibi iuramentum delatum fuisset, iurare nolens, confessus est, eidem Dorothee ad faciem maxillam dedisse. Et tunc dnus rector decreuit, ut iuxta Statuta idem bacc. pro insolencia facta x grossos pro pena reposuisset et demum pro cantero, qui fuit stanneus, quantitatis $^1/_2$ olle, j fertonem, et alium racione percussionis ad primam iuris iniuriam passe persoluisset. Et finaliter idem bacc. se obligauit, sub fide et honore et pena exclusionis ab Vniuersitate, non facere de cetero eisdem sororibus, nec marito Dorothee, aliquas minas, insolencias et iniurias, ymmo nec domum ipsarum visitare, sed quecunque aliquando inter ipsos emerserant, iam penitus debent omnia esse sopita, et inter se pacem bonam debent habere. Presentibus seruitoribus et vicarijs etc.

298. Martis vij Septembris 1473. In causa, inter Honorabilem Iohannem Pyenąsek de Cruslow, canonicum Cracoviensem et nostre Vniuersitatis actu studentem, et Providam Hedwigim Przmączska,[1] vertente pro filio Stanislao, ceco cytharedo, quem ipse dnus Iohannes Pyenązek confessus fuit, se recepisse apud eandem Hedwigim, licet non pro se seu vsu suo, sed pro fratris sui vsu, et tandem ex deposicione testium constabat, quod promiserat ipsum in aliquot septimanis reddere, quod tamen non fecit, quia eundem Stanislaum frater suus, nomine Iacobus, vlterius dno Kameneczsky dedit, qui ipsum non wlt restituere: dnus rector decreuit, vt ipse dnus Iohannes Pyenąsek filium ipsum, videlicet Stanislaum, matri, videlicet Hedwigi Przemąsczska, infra hinc vsque ad festum b. Stanislai proximum in autumpno[2] ita sanum et vestitum, prout eundem ab ipsa recepit, et restituat et reddat personaliter et cum effectu, sub pena excommunicacionis et censuris ecclesiasticis, ipso dno Iohanne presente et consenciente. Presentibus dno Michaele de Costen, altarista, et Stanislao, seruitore. Et pro impensis et expensis satisfaccionem eidem Hedwigi, in lite factis, fieri per prefatum dnum Iohannem Pyenąsek sub eisdem penis demandauit.

299. Saturni secunda mensis Octobris. Andreas, baccalarius arcium de Bochnija, infra hinc ad festum s. Martini proxime venturum[3] obligauit se soluturum j fertonem Allexandro, bacc. de Magna Oppatow, et pro expensis j grossum, sub censuris. Presentibus

---

[1] »Przmączska«, sic! [2] 27. IX. [3] 11. XI.

dno Michaele de Costen et Valentino de Septem castris. Citatus per Mathiam, seruitorem, etc.

Sub Venerabilj viro, dno Mathia de Blandow, decretorum dre, canonico et viccario in spiritualibus generalj Cracouiensi ac rectore Vniuersitatis Studij Cracouiensis, acta acticata (commutatione hiemali) annj Dni millesimi quadringentesimj septuagesimj tercij [1].

301. Veneris xij Nouembris. Albertus de Marocz [2], arcium baccalarius, ad instanciam mgrj Abraham de Selijszew citatus est per Iacobum de Colacijno, actu presbiterum, hinc per octauam hora vesperorum, qui occasione cuiusdam iniurie ac infamie, infamando ipsum et allegando, ipsum esse periurum, et volens testibus docere, ipsum esse periurum. In presencia dni viccarij et rectoris, pro termino existentis.

302. In causa inter mgrum Petrum [3] de Zambrzecz, seniorem burse pauperum, ex vna et quendam Albertum de Maracz, arcium baccalarium, partibus ex altera, ex decreto domini comparebunt senior burse pauperum vna cum viceprouisore ac cum consiliarijs et cum rebus, que ej sunt recepte in quadam pena, hora terciarum, et interim prefate partes viuant et morentur in pace, tranquilitate, sub pena decem marcarum et excommunicacionis pena. Et in instantj prefatus Albertus, arcium bacc., Petrum, mgrum, seniorem burse pauperum, nominauit esse per.....[4].

303. Saturnj xiij Nouembris. In causa mgrj Petrj [5], senioris burse pauperum, et consiliariorum ex vna et quendam Albertum de Maracz partibus ex altera, dominus approbando penas, per prefatum mgrum Petrum et consiliarios [6], remisit ad dnum prouisorem eiusdem burse pauperum. Presentibus Honorabilibus Stanislao de Sczeglijn, viccario perpetuo kastrj [7] Cracouiensis, mgro Iohanne de Koprzijwnijcza.

304. Martinus de Kowale proponit contra dnum Martinum [8], viccarium ad s. Annam, quod ipse post mortem Bartholomej recepit octo volumina librorum in valore quatuor marcarum, item tunicam de

[1] Actorum nri 301—316, Codicis pag. 133—138. [2] »Marocz«, sic! [3] Świętopełk. [4] ».....«, deletum. [5] Świętopełk de Zembrzyce alias de Nieznanowice. [6] In Codice »consiliarijs«, sic! [7] »kastrj«, sic! [8] Kłodavitam.

panno bohemicalj in valore vnius cum media sexagene, in quibus petit eundem Martinum condemnari, scilicet uel ad restitucionem rerum, uel ad precium extimatum soluendum. Et dnus Martinus ex aduerso respondendo super prefata proposicione dixit, se habere tunicam duntaxat in obligacione vnius floreni cum tribus grossis, negat tamen valorem tunice et omnia et singula in dicta proposicione contenta, litem contestando. Et dominus admisit vtramque partem ad probandum intenciones eorum, actorem ad probandum ea, que continentur in proposicione, et reum, quod tunica fuit in obligacione vnius floreni cum tribus grossis.

305. Lune xv Nouembris. Martinus de Clodawa, viccarius ad s. Annam, contra Martinum de Cowale et Petrum de Pnonathowo[1], suum verum et legittimum mgrum Nicolaum de Oppathowecz, absentem, constituit procuratorem ad agendum, defendendum ac in forma meliorj. Presentibus Iacobo de Colaczijno, Laurencio de Mijslijmijcze.

306. Iovis xviij Nouembris. In causa inter Honorabilem Martinum de Clodawa, viccarium ad s. Annam, ex vna et Martinum de Cowale, ex altera partibus[1].

307. Saturnj xx Nouembris. Maijster Martinus de Cracovia ad instanciam mgrj Mathie de Sijdlow ob non remissionem libellj contumax per se.

308. Bartholomeus de Bijtchinaw proposuit contra Nicolaum de Lencz, quod sibi accomodauit ad eius necessitatem frameam, Nicolaus autem Lencz recognouit recepisse frameam. Dominus autem decreuit, ut ej pro dicta framea daret octo grossos ad quindenam, sub excommunicacionis pena.

309. Veneris xxvj Nouembris. Zacharias de Skarbimijrz, personaliter constitutus, ex concordia domini Discreto Leonardo Wijlaszijn se obligauit soluere xj grossos, medium sextum ad dominicam proximam post s. Katherine[2], et medium sextum in duabus septimanis, sub censuris ecclesiasticis. Presentibus, ut in actis.

310. Saturnij iiijta Decembris. Iohannes, scolaris de castro[3], omnibus controuersijs, differencijs ac appellacionibus cedendo, quas habuit cum Honorabili mgro Petro, rectore scole de castro, coram Venersbili viro, dno Mathia de Blandow, decretorum dre, canonico et viccario generalj in spiritualibus rectoreque Alme Vniuersitatis Cracouiensis, submisit se sub pena carceris quouis modo aut colore dnum mgrum de prefatis controuersys non impedire. Ipseque scolaris rememoratus de beneficys scolasticis doctrinalibus, per ipsum mgrum sepe nominatum impensis, muttuam preconuencionem inter se fecerunt[1] per manuum collacionem. Presentibus notarys prefati dni rectoris.

---

[1] Sic! [2] 28. XI. [3] Cracoviensi.

311. Abrahe de Zeliszchew, mgri arcium, baccalarij in decretis, ad instanciam Albertus de Maracz, Lithphanus, ob non reuersionem libellj contumax per se.

312. Iovis penultima Decembris[1]. Agnes, mulier de Cracouia, pro enormj vulnere et lesione Discreto Stanislao, studenti Cracouiensi, ex decreto domini et arbitrio hodie obligata est, vnum florenum soluere, sub pena excommunicacionis et centum florenorum. Ipse autem Stanislaus, studens, dictam Agnetem impedire vllo iuris strepitu tam coram dno rectore Vniuersitatis, quam quandoque iudice ordinario, non audebit nec intentabit, sub pena nominata centum florenorum. Et in continenti ipsa mulier prefatum florenum ad acta reposuit, et in crastino ipse studens recepit. Presente mgro Nicolao de Lathouicz, baccalario in decretis.

313. Llvne xiiij Februarij. Mgr. Iohannes, senior burse Hungarorum, petiuit a certis studentibus de bursa Hungarorum, videlicet Stanislao, baccalariando, Oszwaldo, Iacobo, Stanislao, a dictis apprendotibus[2] domus per xv grossos. Quj negarunt, se sic convenisse cum dno mgro, qui in crastino firmabunt iuramento prefatj studentes.

314. Martis xix Aprilis. Honorabilis mgr. Martinus de Cracouia, prouisor et senior burse diuitum, contra mgrum Erasmum, seniorem, et contra totam comunitatem burse philosophorum verbo proposuit in querela, quomodo quidam inhabitantes domum eorum et exeuntes de eadem bursa faciebant insultus, pulsus, violencias sue domuj, dicte burse diuitum et inhabitantibus in illa. Et primo, quod Sabbato proximo[3] hora iijcia noctis, ante uel vltra, intrauerunt domum, asseribus a tergo depositum, itemque[4] fecerunt pulsus. Item die dominico sequenti[5] de eadem bursa proiecerunt lapidibus in fenestram et cimbianam rumperunt, canterum concusserunt et alia damna intulerunt. Qui omnia promiscue extimat ad ducentos florenos hvngaricales in presencia prefatj mgrj Erasmj et communitatis dicte burse. Qui deliberaturj prima iuris respondebunt.

315. Martinus, baccalarius de Cothouicze, lector scolarum de s. Anna, contra mgrum Herasmum, seniorem, et contra dnum Balthesar de Freysteth, contra Franciscum et generatim contra omnes de bursa philosophorum proposuit suo et suorum subdnorum nominibus, quia ipsi dominica die proxima[5] post vesperas[6] circa solis occasum proiecerunt lapidibus ad scolas et stantem ibidem suum discipulum, Martinum de Miroslaw[7], in capite vsque ad sanguinis effusiones wlnerauerunt, et simul cantorem ad portam percusserunt aliasque violencias sue domuj intulerunt, que omnia et singula suo nomine et suorum predictorum nominibus extimauit ad ducentos florenos, in quibus ipsos et communitatem ipsorum petiuit condempnari in presencia eorundem principalium. Qui

---

[1] 30. XII. [2] »apprendotibus«?, pro »apprenticiis«? = scholaribus? [3] 16. IV. [4] »itemque« deletum [5] 17. IV. [6] »post vesperas« deletum. [7] »de Miroslaw«?

deliberati testes dabunt ad horam et diem in octaua. In presencia seruitorum.

316. Mgr. Herasmus, tanquam senior, nomine tocius communitatis contra Nobilem dnum Bernardum de Lubischow, morantem in bursa diuitum, tunc presentem, pro causa per Mathiam, seruitorem, citatum, proposuit, quia ipse accensus, habens gladium euaginatum in manibus, anno presenti feria vj Sabbathoque ante dominicam Reminiscere[1] ante bursam Ierusalem animo iniuriandi appellauit eos codrianos[2] et inter alia verba contumeliosa et diffamatoria dixit, omnes Almani sunt nati de culo Pilatj, eosdem Iudeos appellando, aliaque verba iniuriosa alta voce dixit et in plurimorum presencia protulit; quodque idem die dominica lapidibus proicerat ad bursam eorundem philosophorum et demum eisdem die et hora de camera penultima eosdem inclamauit, irritauit et per iactum lapidis vexauit, et tandem heri de sero contra mandatum et inhibiciones rectoris, exiens de prefata bursa, venit armatus ante bursam eandem amino iniuriandi et provocandj gestu et motu corporis. Que omnia extimauerunt ad trecentos florenos, in presencia principalis, qui deliberatus respondebit prima die iuris. In presencia seruitorum.

Acta sub Venerabilj et Egregio viro, mgro Stanislao de Schadek, s. theologie professore, canonico s. Ffloriani, rectore Alme Vniuersitatis Studij Cracouiensis, commutacione estiualj anno Dnj millesimo quadringentesimo septugesimo quarto[3].

318[4]. Die Saturni Aprilis vltima[5]. Mathias de Magna Cosmin, studens, petit a Petro de Czechanov, baccalario arcium, sexternos 24 papireos, non fractos, continentes »Sermones«, quos sibi tradidit ad seruandum. Et Petrus confessus est, eos in manus suas recepisse. Et dominus distulit sentenciam ad duodenam ferendam.

319. Die Saturni Aprilis vltima. Nicolaus Chichalr, ciuis Cracouiensis, citauit mgrum Paulum de Szenija[6], rectorem scole s. Stephani, in causa iniuriarum. Et dominus distulit audire partes ad octavam.

---

[1] 4. III et 5. III. [2] »codrianos«? [3] Actorum nri 318—361, Codicis pag. 139—149. [4] Nrus 318 bis in Codice diversis manibus scriptus, sed posterior deletus. [5] 30. IV. [6] Znenensem.

320. Die Iouis May v. Mathias Merker, baccalarius de bursa pauperum, citatus ad instanciam Mathie, sapiencie, citatus[1], non paruit.

321. Die Septima May. Mathias prefatus[2]. Diffiniuit dominus, quod prefatus Mathias soluat 6 grossos Mathie, sapiencie, in biduum, et idem pro pena inobediencie et non paricionis in triduum soluat 6. Soluit vj grossos pro non paricione.

322. Die septima. Nicolaus Chichalr per procuratorem petyt sibi differri terminum ad octauam in causa, quam habet cum mgro Paulo[3], rectore scole ad s. Stephanum. Et dominus admisit.

323. Die xxiij. Nobilis Georgius[4], ciuis Cracouiensis, advocatus iuris supremi castri Cracouiensis, recognouit, se recepisse vnum florenum a duo Iacobo, baccalario arcium, quem in mutuum sibi dederat; alium vero florenum idem bacc. ad festum s. Iohannis[5] soluere se obligauit.

324. Libellus conuencionis[6] contra Valentinum, baccalarium. Oblata per Andream de Bochnya libellum continencia contra baccalarium Valentinum de ibidem, quibus debet respondere prima iuris post octavam Penthecostes[7].

325. Die Veneris xxvij[8]. Constitucio. Valentinus, arcium baccalarius, rector scole Bochnensis, constituit procuratorem, mgrum Nicolaum Opathowyecz, in causa vertente[9] inter bacc. Andream de Bochnya.

326. Andreas de Bochna, baccalarius, constituit procuratorem, mgrum Iohannem de Vieliczka, in causa, quam habet cum bacc. Valentino de ibidem.

327. xj die Iunij. Citatus est Zukowskij, baccalarius, ex officio dnj rectoris ad quartam decimam eiusdem mensis ad soluendam penam x marcarum grossorum Pragensium pro eo, quod traxit ad alineum forum studentem Nicolaum, contra priuilegia et Statuta Vniuersitatis.

328. xiij die Iunij. Nicolaus de Pijotrowycze, actor, et Iohannes de Mijczow, reus, compromiserunt in dnum rectorem et mgrum Iohannem de Pijlcza, quod quitquid illi sentenciauerint et diffiniuerint, volunt stare sentencie et diffinicioni. Illi autem tanquam arbitri et compromissarij hoc sentenciant et diffiniunt, quod reus reuocet ad caritatem actorem verbis deprecatorijs et humilibus sub pena x ducatorum, quorum medietas cedat in partem arbitratorum et medietas in partem tenentis. Testibus Stanislao et Mathia, seruitoribus Vniuersitatis, et Iohanne, notario[10] dni rectoris.

---

[1] Sic! [2] Merker. [3] Znenensi. [4] Arnsberg? [5] 24. VI. [6] »conuencionis«? [7] post 5. VI. [8] »xxvij« deletum. [9] In Codice „vertentente". [10] »notario«?

329. xix Iunij. Dorothea, vidua de Llipnicze, petit a dno Stanislao de Bochnya restitucionem pellicee leporine in valore trium ducatorum, sibi in necessitate commodate. Ipse autem excipit se a iurisdicione rectoris, negans, se esse intitulatum et studentem Vniuersitatis Cracoviensis, et cum hoc allegat litis pendenciam coram dno officiali [1]. Dnus autem rector remisit eos ad dnum officialem propter causas datas, assignans eis terminum feria secunda proxima [2] hora terciarum uel quasi.

330. xxiij die Iunij. Dorothea Lenarthowa petit a mgro Iohanne de Wijszoka sexagenam grossorum pollonicalium et y [3] alterum grossum pro panno, quem emebat aput eam, cuius partem soluit et hoc, quod petit, residuum [3]. Mgr. vero Iohannes prefatus negat narrata, prout narrantur, et defert iuramentum loco atestacionum actrici Dorothee, illa vero e contra defert iuramentum mgro Iohanni. Et dominus ad octavam deliberauerit [3] ad faciendum id, quod iuris est.

331. Die xxv Iunij. Ambrosius de Coschicze petit a Ieronimo de Tarnow ij ducatos, in mutuum sibi datos. Ille confitetur Ieronimus, se eosdem florenos in mutuum recepisse. Et dominus sentenciando dixit, quod soluat eosdem ducatos idem Ieronimus actorj Ambrosio infra quindenam.

332. Eodem die Ieronimus de Tharnow, citatus ad instanciam Iacobi, plebani, morantis in diuitum bursa, paruit, paratus respondere, actore vero non parente, reus petiuit, se absolui a termino. Et dominus in contumaciam prefati actoris absoluit a termino eundem Ieronimum, gerentem personam rei.

333. xxviij Iuny die Martis. Dno Nicolao Creidler iuxta excepcionem Ingeniosi Iohannis, olim maystri Petrj Gaschouiecz, in medicinis dris, nati senioris et etatem habentis ac, ut dicitur, in bona sui patris et eorum regimen succedentis, de iure ciuili Cracouiensi septuaginta marcas residui et mutuj debiti, per memoratum suum patrem sibi retenti, ab eodem Iohanne petente: dnus rector eundem Iohannem, se iterum de iudicio dni eiusdem rectoris excipientem et remitti petentem, iuxta sua vota remisit, et dicto dno Nicolao actionem in suo iure contra dictum Iohannem motam, voluit et decreuit esse liberam et saluam, volens esse contentus, ut prosequatur iusticiam suam in iure sibi competenti. Et nilominus dictus dnus Nicolaus Creidler solenniter protestatus est, quod voluit esse contentus de iurisdicione dicti dni rectoris et in eadem contra prefatum Iohannem de iusticia experiri super debito predicto, si et in quantum prefatus Iohannes non declinauisset. Hec pronunciauit Vieliczka, procurator.

334. Dorothea [4], actrix, et mgr. Iohannes de Wysszoka habeant horam vigessimam primam et peremptorie in causa, que est cepta per eos die xxiij mensis Iunij, cuius hec est viij [5].

---

[1] cathedralis ecclesiae Cracoviensis. [2] 20. VI. [3] Sic! [4] Lenartowa. [5] Cf. nrum 330.

335. Vltima die Iunij[1]. Agnes, vidua, petit a dno baccalario Ambrosio de Rosumberk j marcam sine 4 grossis, quam debebat filio suo Iohanni racione seruicij cantoratus in Elkusz. Dnus vero bacc. Ambrosius dicit, quod dederat ei j florenum et cetera commiserat sibi recipi et impleri de precio puerorum, in quo vero dubitat, an receperit talia precialia, an non. Et dominus decreuit, ut idem bacc. probet ea, que dicit, legittime infra octauam.

336. Vltima mensis Iunij. In causa, que vertitur inter mgrum Iohannem de Cracovia, dominus hoc decreuit, quod cum reus, scilicet mgr. Iohannes, defferat iuramentum actorj, scilicet Lleonardo prefato[2], pro summa vnius sexagene cum medio altero grossis, debet idem actor secundum iuris formam iurare, quod mgr. Iohannes debet et obligatur sibj in prefata summa pecuniarum. Et ad hoc faciendum assignauit eidem terminum proxima feria[2] terciarum vel quasi.

337. Quarta Iulij. Secundum decretum iurare paratus est Lleonardus Solcz, ciuis Cracoviensis, de pecunia vnius sexagene cum vno et medio grossis, quam debet sibi mgr. Iohannes de Wijsschoka[2] pro panno, aput eum empto et comparato. Mgr. uero Iohannes, partem debiti recognoscens, non admisit ad iuramentum prefatum Lleonardum, obligans se et promittens, prefatam pecuniam soluturum, scilicet vnam sexagenam cum vno grosso cum medio in vigilia s. Michaelis[3], sub pena excommunicacionis. Presentibus Honorabilibus mgris Petro de Szambrzecz, plebano de Msticzow, et Bartholomeo de Znijena, baccalario in decretis, collegiatis in minorj.

338. Sexta Iuly. Petrus[4], clericus diocesis Premisliensis, accusauit Albertum, baccalarium de Pnijewij, quod eum lesit et percussit gladio non evaginato, et offert se ad probandum. Ex aduerso vero Albertus prefatus dicit, quod hoc non fecerit animo iniuriandi, sed tanquam mediator inter litigantes, scilicet prefatum Petrum et Stanislaum, scolarem scole s. Marie. Nec se, dicit idem bacc., voluisse mediare inter eos, nisi fuisset admonitus et exhortatus per alios scolares, qui in eadem scola s. Marie morantur, sicut et ipsi. Et offert se ad probandum. Dominus vero indixit utrique parti probacionem legittimam pro eorum intencione facienda[2] die Sabbati proximo venturo[5] hora terciarum uel quasi.

339. viij Iuly. Agnes, vidua, constituit Mathiam, famulum Vniuersitatis, in causa, quam habet cum Ambrosio, baccalario arcium de Rosumbarc.

340. Eadem die veniens Iohannes, bacc. de Czchow, fideiussit et satis dedit pro Ambrosio, bacc. de Roszijmberk, pro media merca, quam debet deponere apud rectorem circa acta infra hinc et tres dies, sub

---

[1] 30. VI. [2] Sic! [3] 28. IX. [4] de Lubienia. [5] 9. VII.

pena excommunicacionis. Ambrosium vero, bacc., a contumacia, in quam incidit propter non adhibitos testes in termino sibi dato, iuxta decretum rectoris absoluimus in his scriptis.

341. Nona mensis Iuly. Nicolaus Constantin et Iohannes Slepnyl, nec non Petrus, altariste s. Marie Virginis in circulo Cracouiensi, executores testamenti olim mgri Michaelis de Crosznya, prebendary s. Adalberti in Cracouia, proposuerunt contra mgrum Petrum [1], prebendarium modernum s. Adalberti, de arrestacione verbali censuum prefate prebende apud Prouidum Petrum Lankpeter, ciuem Cracouiensem, petunt, vt dearrestet et liberum faciat soluendi eis eundem censum. Mgr. vero Petrus ex adverso pro suo interesse petit, quattinus remitteretur cum ista causa ad capitulum [2] Cracouiense, vbi tales cause sunt notorie et sepe practicantur. Dominus vero rector, cum gerat personam rei, quem actores debent sequi, non wlt remittere mgrum Petrum ad capitulum, ne suo iuri et Vniuersitati deroget; wlt ergo solus de hac causa cognoscere et ius vnicuique ministrare et reddere, assignatque partibus terminum feria tercia proxima [3] hora terciarum. Presentibus, vt in actis.

342. Mgr. Petrus de Zambrzecz, in Mstyczow plebanus et ad s. Adalbertum in circulo Cracouiensi prebendarius, reproducta citacione contra dnos dres et mgros, inhabitatores domus Collegy maioris, petiuit, iuxta eius contenta decerni alias ad respondendum ad obicienda ipsos per dominum compelli. In presencia mgri Iohannis de Welyczka, dictorum dnorum drum et mgrorum sev citatorum procuratoris, qui citra approbacionem iurisdicioni dni comparans [4], petiuit terminum ad contradicendum iurisdicioni dni rectoris. Et in continenti, excipiendo primum pro eo, dixit, ipsum Venerabilem mgrum, Stanislaum de Schadek, rectorem Vniuersitatis, non posse fore iudicem competentem sue partis, quia est complebanus dicti mgri Petri in Mstyczow et sic tanquam concanonicus; sed quemadmodum concanonicus in causa sui concanonici, sic, argumento a simili, complebanus sui complebani iudex de iure esse prohibetur. Tum ex eo, quia idem dnus rector consueuit esse promotor negociorum et causarum ipsius mgri Petri et consultor, quodque eciam est specialis fautor et benefactor sepefati mgri Petri, vt hoc ipsum eciam ex decreto citacionis cum termino decurtato ad respondendum super causa et re grauissima, peremptorie pro die hodierna emissa, et primum heri peractis prandys executa, vbi sua pars non potuit ita de facili super eadem causa deliberare et consilia habere, poterit constare huiusmodj tauor. Nichilominus tamen dictus procurator loco et tempore suis protestatur [4], si opus fuerit, de alys excepcionibus forcioribus, expost lacius dandis, petens tamen, ante omnia super eisdem excepcionibus interloqui et voluntatem pronuncciari, quas, si opus est, dictus procurator offert se probaturum coram arbitris iuris. Presentibus Stanislao, sapiencia Vniuersitatis.

---

[1] Świętopełk de Zembrzyce. [2] cathedrale. [3] 12. VII. [4] Sic!

343. Die Saturni nona Iuly. In contumaciam Petri de Lubijenija dnus rector indixit sibi concordiam de controuersia, quam habet cum Alberto, baccalario de Pnijewij, infra hinc et tres dies, alias probet intencionem suam secundum priorem sentenciam, que fuit inter eos lata supra die sexta Iulij [1]. Et si non concordabunt, prefatus Petrus tenebitur ad ordinandum [2] secundum arbitrium rectoris pro contumacia ipsi Vniuersitati, secundum Statuta eius, et ipsi Alberto, bacc., quem fatigat.

344. Die Martis xij mensis Iuly. Intimata est interlocutoria dno rectori Vniuersitatis in causa versata inter dnos dres et mgros Collegy artistarum ex vna, et mgrum Petrum de Zambrzecz ex altera partibus, per arbitros iuris descriptos in interlocutoria, cuius quidem interlocutorie talis forma et tenor habetur. Venerabiles dni Iohannes de Latoschin, officialis, Stanislaus de Swyradzycze, Arnolphus de Myrzenyecz, canonici Cracouienses, et mgr. Nicolaus [3] de Nyssza, decretorum dres et, vt apparebat, arbitri in causa inter Vener. dnos dres et mgros domus Collegy maioris artistarum ex vna, et mgri Petri de Zambrecz, ad s. Adalbertum prebendary, ex altera partibus, coram Vener. dno Stanislao de Schadek, s. theologie professore ac rectore Vniuersitatis Cracouiensis, nominati ac coassumpti pro die infrascripta et assignata ad voluntatem eorum super certis excepcionibus contra iurisdicionem dicti dni rectoris pro parte dictorum dnorum drum et mgrorum, datis ipsi dno rectori intimandam, quid iuris sentirent, convenientes de vnanimi ipsorum consensv per Vener. dnum Stanislaum de Swyradzycze, predictum, pronuncciauerunt, quod ipse dnus rector et partes prefate cum huiusmodj causa et eius discusione supersedere deberent ad felicem adventum in Cracouiam Reuerendissimi dni episcopi Cracouiensis [4] huc Cracouiam [5], qui cum ipso dno rectore et alys sibi coasumptis, priuilegia et Statuta Vniuersitatis reuidendo, dictam causam examinare et de ea cognoscere finemque partibus imponere deberet. Et hoc pro eorum voluntate intimando dicto dno rectori in presencia dictorum mgri Petri et Iohannis de Welyczka, procuratoris dictorum mgrorum, in premissa consenciencium, acta coram supradictis dnis arbitris et in presencia mei Alberti, notary, huiusmodj facti scribe. Hec interlocutoria suprascripta est intimata et presentata per mgrum Nicolaum de Lathowycz, prepositum domus Collegy artistarum suo et, vt asserebat, dnorum drum et mgrorum tocius communitatis nominibus. Per me Petrum Blasy de Myechow, clericum Cracouiensis dyocesis, publicum imperiali auctoritate notarium, ad requisicionem et peticionem mgri Petri de Zambrecz, prebendary s. Adalberti, auscultata, collacionata et presentibus actis inserta. Presentibus Honorabilibus dnis Iohanne de Iacubkowycze et Iohanne de Wlodzyslaw, arcium bacc., testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

345. Quinta decima Iuly. Paulus, baccalarius de Pijegow [6], petit a Iohanne de Mijczow cantarum stanneum in valore trium pertonum [7],

---

[1] Cf. nrum 338. [2] »ordinandum«? [3] Tauchen alias Mergus. [4] Joannis Rzeszowski. [5] Sic! [6] »Pijegow«, sic! [7] »pertonum«, sic!

quem sibi dicit fuisse receptum per eundem Iohannem ante cameram suam de loco publico. E contra Iohannes de Myczow negat narrata, prout narrantur. Et dnus rector decreuit prefato Paulo, actori, ut probet infra viij dies suam intencionem.

346. Iohannes Myczowsky citauit Paulum[1], bacc., per seruitorem Vniuersitatis, Mathiam, ad eandem diem viij, ut inscribat se ad penam talionis pro infamia.

347. xvij Iuly. Mathias, baccalarius de Radomske, actor, acusauit Samuelem, bacc. de Gnesna, quod iactu lapidis interfecerit sibi puerum seruientem, nomine Bartolomeum de Zagorze. Ex aduerso Samuel dicit, negans, quod interfecerit eum, concedit tamen, ipsum lapide lesisse, sed non ab hoc wlnere mortuum. Et dominus decreuit, quod actor probet intencionem suam legittime infra quatuor dies.

348. xvij Iuly die Solis[2]. Dominus suspendit causam ob spem concordie per octauam, que vertitur inter executores olim mgri Michaelis de Krosna ex vna et mgrum Petrum de Zambrzecz, prebendarium s. Adalberti, ex altera partibus.

349. xix Iuly. Nicolaus de Wyrzchowysko veniens personaliter, recognovit, se debere $^1/_2$ florenum Petro, baccalario de Zukow, quem promisit se soluturum infra quindenam, sub censuris ecclesiasticis. Et dnus rector iam per presentes monet eum, quatinus infra idem tempus soluat, quod si neglexerit, ipso facto sit excommunicatus in hys scriptis.

350. Iouis xx prima Ivlij[3].

351. xxiij Iuly. In causa executorum dris Michaelis de Krosna ex vna et mgri Petri[4], ad s. Adalbertum prebendarij, ex altera, ex vnanimi consensv ad idem faciendum primo Sabbato post Bartolomei[5].

352. Mercury vicesima septima Ivly. Mgr. Iohannes de Louicz, baccalarius s. theologie, petit duos florenos hungaricales auri purj a Iacobo de Wirszbanicze, quos sibi in mutuum dedit. Iacobus vero, reus, negat narrata[6], prout narrantur, asserit tamen, quod recepit eos non in mutuum, sed racione honoris sui magisterij promotoris[7], ut scilicet plurificacione florenorum honorem mgro et sibi faceret. Vnde tres florenos, dicit, se de intencione sua et reliquos duos, ut dictum est, pro honore[7]. Et wlt dominus deliberare, cui sit deservanda probacio hinc ad viij.

353. Laurencius, clericus de Mislimicze, querulose proposuit contra Bernardum, studentem de Lubaczow, quod eum capiendo a tergo mer-

---

[1] de Pieglow Pieglowitam. Muczkowski, Liber promot., pag. 74 et 77. [2] In Codice »Saturni«. [3] Pro nro 350 locus in Codice vacuus. [4] de Zembrzyce. [5] 27. VIII, terminus prorogatus. [6] In Codice »negat negata«! [7] Sic!

serit in aquis Visle, qua mersione auditum sibi violauit, quam iniuriam existimat sibi ad duas marcas communis pecunie, et malit eas perdere, quam talem iniuriam pati. Ex aduerso reus confessus est, semel ipsum mersisse. Et dominus decreuit actorj, ut actor probet suas intenciones iurando hinc ad viij.

354. xxviij Iuly. Ambrosius de Koschitze tulit sexaginta quatuor grossos, quos deposuerat Geronimus de Tharnow aput acta rectoratus pecunie mutuate.

355. Nona Augusti. Andreas, baccalarius de Bochnia, tenetur soluere octo grossos, sub pena excommunicacionis, Stanislao Knobloch ad festum s. Michaelis[1]. Item $^1/_2$ grossum, quem dedit pro nota, debet soluere idem bacc. prefato Stanislao, sub eadem pena.

356. xxiij Augusti. Ieronimus de Wokstath citatus ad instanciam Simonis cuiusdam, cursoris, absolutus est a termino, quia idem Simon, actor existens, non paruit.

357. xxij mensis Septembris[2]. Iohannes, baccalarius de Syradia, petiuit sibi pignus reddi in quatuor ducatis et quarta, inpignoratum Margarethe Sczodrkowa de Cracovia. Margaretha vero ex aduerso negat, aliquod pignus recepisse ab eodem, sed petiuit, ut prefatam sibi peccuniam solueret, pro cuius non solucione iam est agrauatus, super quo produxit tres processus. Et dominus volens plenius causam audire et emanacionem processuum et causam eorum, simul ac inscripciones in eadem causa factas videre et reuoluere, prorogauit eis terminum in feriam terciam proximam[3].

358. Decima Octobris. Decreuit dominus, pro pena soluere vnicuique[4] infrascriptorum j florenum, scilicet Iohannem de Glogouia, Martinum de Lwow, Nicolaum de Zathor, sub pena excommunicacionis, infra tres dies.

359[5]. Lvne x Octobris. Simon, cursor de Cracovia, petit libros a Ieronimo de Vogstat, »Computalia« in vno volumine et Hebrardum in altero, quos sibi inpignerauit[6] in xj grossis. Et Ieronimus prefatus erat paratus pecuniam recipere, sed ille non habuit, quo redimeret, vnde dominus decreuit, ipsos sub testimonio distrandos[6] hinc infra quindenam.

360. xij Octobris. Swyatoslaus de Posnania recognouit, quod recepit mitellam pelliceam in valore octo grossorum aput Laurencium de Kosten, sed eam dicit se perdisse[6]. Et dominus decreuit, ut infra hinc et octo dies equalem et similis valoris reddat Laurencio prefato.

---

[1] 29. IX. [2] In Codice »Octobris«. [3] 27. IX. [4] »vnicuique«, sic!
[5] Nrus 359 bis in Codice diversis manibus scriptus, sed prior deletus. [6] Sic!

361. xiij Octobris. Stanislaus, baccalarius de Crocouia, morans in bursa Ierusalem, citatus ad instanciam Mathie, barbitonsoris, non parens, pronunciatus est contumax.

Acta sub Venerabili ac Egregio viro, dno Mathia de Blandow, decretorum dre, Cracoviensi, Premisliensi et Sandomiriensi canonico rectoreque Alme Vniuersitatis Studij Cracouiensis, comutacione iemali secundi rectoratus anno Dni mccccclxxiiijto [1].

363. Iouis xxij mensis Decembris anno Dni millesimo ccccclxxiiijto. Simon, cursor de Iuniwladislauia, contra Honorabilem dnum Mathiam, baccalarium de Vilczina, racione cursorie, ad Lanciciam facte, proposuit pro media marca. Quj bacc. recognovit, se dictum cursorem pro fertone conuenisse, in presencia dicti cursoris, quj affirmauit, non pro fertone sed pro media marca. In deffectu tamen probacionis bacc. nominati dnus rector mandauit sub pena excommunicacionis xx grossos infra hinc ad quindenam persoluere, super quas peccunias dictus cursor [2] iam sex grossos recognouit se recepisse. Presentibus Stanislao de Sczarj et Stanislao de Blandow, Nobilibus familiaribus dni rectoris, et me Nicolao, huius scriba.

364. Martis Ianuarij xvij 1475to. Iohannes de Wola per iuramentum prestitum satisfecit pro »Tractatibus« Petri Hispani Ingenioso Iohanni de Vijelun, cuj iij grossos ex confessatis prefatus Iohannes de Vola ad xv soluere sub pena excommunicacionis debebit, et pro libello »Diffinicionum« Hvcvicij [3] stabit in verbo mgri Michaelis de Vyelun, quem libellum valoris xv grossorum dicebat. Quj viuere debent [4], sub pena x marcarum.

365 [5]. Die Iouis xviiij [6] mensis Ianuarij. Hedvijgis de Cracouia proposuit contra.

366 [7]. Fferia secunda proxima post Oculi dominicam [8]. Michael de Kaschovia, presens, baccalarius.

---

[1] Actorum nri 363—367, Codicis pag. 149—150. [2] In Codice »cursus«! [3] Pisani. [4] in pace. [5] Nrus 365 tantum in Codice inceptus, ad finem non perductus. [6] In Codice »xviij«. [7] Item nrus 366 tantum inceptus, ad finem non perductus. [8] 27. II.

367. Die Iouis vicessima Aprilis. In causa Honorabilis Mathie de Radomszkye, artium baccalary, et Katherine de Cracovia per arbitralem sentenciam arbitrorum, ab vtraque parte electorum, composicio amicabilis facta est, in qua Kkatherine prefate adiudicatum est per bacc. dari pro expensis, percusione quadam et diffamacione marca et octo grossi vadio, per eosdem arbitros inter eos vallato sic, quod iam in omnibus peramplius debent habere pacem, quod nec bacc., nec Katherina per se uel alium debet preterita ad memoriam quomodocumque reuocare, sub pena decem marcarum, quinque pro arbitris et quinque pro rectore conuertendarum, et carceris mancipacione per spacium vnius mensis.

Acta coram Venerabili et Egregio viro, mgro Iacobo de Schadek, decretorum dre, canonico Cracouiensi, rectore Alme Vniuersitatis Study Cracouiensis, comutacione estiuali anno Dni millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto [1].

369. Die Saturni xxix Aprilis sev ante dominicam Rogacionum [2]. Stanislai, studentis Cracoviensis, ad instanciam Stanislaus, sapiencia, de mandato dni rectoris retulit, se citasse Iacobum de Leopoli, studentem, terminum sibj ad hodie assignando, presentibus ibidem dnis Nicolao, presbytero Cracouiensi, et mgro Andrea de Labyschyn et alys pluribus. Et ibidem dictus Stanislaus ante dictum Iacobum constituit mgrum Andream de Labyschyn, presentem, cum potestate procuratoris ad agendum, disponendum in forma meliorj, presentibus. Et ibidem dictus mgr. Andreas proposuit nomine partis sue contra Iacobum, quomodo ipse de anno presenti feria 5ta proxime lapsa [3] in bursa Ierusalem, infra prandium ipsis sedentibus ad tabulam, premissis ad eum verbis dehonestatiuis, videlicet quod fuisset seminator dissensionum domum habitancium, et quomodo faceret gwerras. Et hys non contentus, ad mensam ipsam sedens, ipsum per crines per mensam attinendo arripiens, ipsum capillabat, et assurgens iterum a mensa, iterum per terram prosternens, ipsum in terra valuit, per hos modos tam iniuriam persone quam Canonum petendo [4], ipsum racione iniurie in centum florenos condempnarj et pro irrascencia in sentenciam excommunicacionis a Canonibus latis innodari [4]. Presente eodem Iacobo, qui ad proposita animo litem cotestandi confessus est, premissa fecisse, presente eodem mgro Andrea, petente, super confessatis pronunciarj et alias ex confessatis partem condempnarj. Et dominus deliberaturus pronunciabit voluntatem

---

[1] Actorum nri 369—474, Codicis pag. 151, 122, 125—126, 151—152, 126, 152—163, 281, 163—173. [2] ante 30. IV. [3] 27. IV. [4] Sic!

ad viij. Et dnus rector interposuit inter partes vadium de pace in pleno [1] tenenda triginta florenorum et sub exclusione ab Vniuersitate. Presentibus dnis Xristofero, vicario, et prefato Nicolao, psalmista ecclesie Cracouiensis.

370. Iohannis de Wratislauia ad instanciam Stanislaus, sapiencia, de mandato domini citauit dnum Bartholomeum de Gdansk, terminum sibj ad horam vesperorum xx assignando. Et ibidem instante actore et in contumacia reus pronunciatur contumax.

371. Mayus. Martis secunda Maij. Stanislaus, sapiencia, ad instanciam Nicolai Kothwycz, studentis Cracouiensis, citauit Andream de Glogowia, terminum sibi ad hodie assignando. Presentibus etc. Idem actor, constitutus personaliter coram dno rectore, proposuit querulose, quomodo quidam Andreas Glogar de Glogovia, domum Ierusalem inhabitans, in prefatum Nicolaum, actorem, dominico in die Georgij [2], omnibus sedentibus ad mensam tempore cene, in suam magnam confusionem, ignominiam et verecundiam, cum porcionibus carnium in ipsum proiecit et in faciem percussit. Quam ignominiam actor ad centum florenos extimauit, in quibus petiuit eum condempnari. Quod autem in clericum ordinatum ista facere presumpserit, petiuit, eum sentenciam Canonis declarari incidisse [3]. Reo comparante [3], petiuit rem et causam huiusmodj ad viij differrj, quod dnus rector ad viij et eandem horam concessit, vbi reus deliberatus respondere tenebitur, partes ambe interim viuant in pace, sub pena prestiti iuramenti et sub vadio viginti florenorum.

372. Iacobus de Poznania, studens Cracouiensis, proposuit contra Discretum Casper de Wratislauia, eciam studentem, qualiter feria secunda in crastino Georgij [4] in bursa Ierusalem et in stuba comvni prefatus Casper coram plurimis mgris, baccalarys et studentibus ipsum Iacobum, actorem, primo pugno grauiter percussit, demum bis crinitim in terram proiecit et per capillos hinc inde turpiter traxit et capillauit. Et nisi sibi succursum fuisset, nescitur, si eum non suffocauisset. Quam iniuriam, maximam lesionem et ignominiam ad centum florenos extimauit, in quibus petiuit eum condempnarj. Quod autem presumpserit in eum, tanquam clericum ordinatum, manus huiusmodj violentas levare, sentenciam Canonis incidisse et declararj eum petiuit. Casper personaliter comparens, vt deliberatus possit debite respondere, terminum ad viij petiuit sibi darj, quod et obtinuit, quo adveniente respondere tenebitur. Prefati autem Iacobus et Casper interim pacifice viuere debent, sub eadem pena, que inferius vallata est. Presentibus in actis.

373. Die Martis nona Maij. In causa Nicolai Kothwycz cum Andrea de Glogowia terminum dnus rector, alijs occupatus et ex certis respectibus, ad idem faciendum ad feriam quintam [5] prorogauit. Presentibus in actis.

---

[1] »in pleno«? [2] 23. IV! [3] Sic! [4] 24. IV. [5] 11. V.

374. Terminum, qui inter Iacobum de Poznania cum Caspar Prokendorff de Wratislauia in diem hodiernam cadebat, dnus rector similiter ad feriam quintam[1] distulit, vbi ambe partes comparere tenebuntur. Presentibus.

375. Die Mercury[2] anno Dni 1475. Frater Stanislaus de Cracouia, professus ordinis Czisterciensis monastery Coprzywnicziensis, de licencia sui superioris et presente Venerando patro, dno Nicolao, diuina paciencia abbate, et patre Gregorio, priore eiusdem ordinis et tocius conventus nominibus, cavendo de rato tocius conventus sufficienter contra mgrum Iohannem de Lowycz, collegiatum et canonicum s. Floriani, proposuit, quomodo annis transfactis certum ornatum seu casulam, vary coloris viginti florenorum citra vel vltra, de monasterio emissum et perditum, ipse mgr. Iohannes habet et tenet sua in potestante, ignoratur tamen, quomodo aut ex qua racionabili causa, petens, ipsum mgrum Iohannem ad reponendum dictum ornatum in manibus dni rectoris cogi, ad restituendum dictum ornatum monasterio Coprzywnicziensi compelli. Presente mgro Iohanne, qui animo legitime litem contestandi confessus est, dictum ornatum seu casulam duntaxat aput se habere sibi obligatum, impignoratum in octo florenis per fr. Georgium, protunc studendem et pro necessitate study ac emolimentorum eius, circa studium habendorum, pro necessitate vite ipsius. Et postmodum subsecuta questione de dicto ornatu cum dno abbate et conventu pro tempore existentibus, principaliter coram Reuerendissimo in Xristo patre dno Iohanne, Dei gracia episcopo Cracouiensi moderno[3] et protunc administratore Cracouiensi, et successiue coram dnis rectoribus, pro tempore existentibus, allegauit causam esse finitam et rem transactam seu concordatam. Et dnus rector, auditis propositis et responsis allegacioni prefati mgri Iohannis, ad probandum hinc ad feriam vtam proximam post festum Pentecostes[4] peremptorie[5], alias in defectum probacionis dnus decernet decernenda ea, que sint iuris. Et ibidem prefatus Vener. pater dnus Nicolaus, abbas, et Gregorius, prior, suo et tocius conventus monastery pretacti nominibus, cavendo sufficienter de rato in forma iuris, ad presentem causam constituerunt hos videlicet procuratores, mgrum Iohannem de Coprzywnycza, canonicum, et fratrem Stanislaum de Cracouia eiusdem ordinis, presentes, et Martinum de Lelow, consistory Cracouiensis procuratorem, absentem tanquam presentem, et cum potestate substituendi in forma meliori. Presentibus ibidem Nicolao de Coprzywnycza, psalmista Cracouiensi, Stanislao de Wissoczsko et Michaele de Dambno.

376. Die Iouis xj mensis Maij. Iacobj de Poznania, studentis, ad proposicionem suprascriptam[6], ut iuxta exigenciam termini, Caspar[7] de Wratislauia animo legittime littem contestandj confessus est, contenta in proposicionibus sic esse factum[5], prout extat propositum[5],

---

[1] 11. V. [2] 10. V. [3] Joanne Rzeszowski. [4] 18. V. [5] Sic! [6] Cf. nrum 372. [7] Prokendorf.

attamen subiecit se correccioni dni rectoris pro excessibus, quantum ad officium rectoratus, quantum autem ad circumstancias[1] racionales petiuit sibj terminum darj. Et dominus deducendo partes ad concordiam, partibus terminum ob spem concordie ad diem crastinum provulgauit, partibus ipsis consencientibus, alias in defectum concordie terminum ad pronuncciandam voluntatem dnus rector ad octauam prefixit. Presentibus ibidem seruitoribus Vniuersitatis.

377. Die Iouis xj May. Dnus rector mgrum Dominicum de Legnicz et mgrum Georgium de Lavczovia propter inobedienciam, contravencionem Statutorum et propter discordias, quas seminabant et faciebant in bursa Iherusalem, exclusit et ammovit de huiusmodj bursa, qui infra diem naturalem sub pena carceris exire debent. Presentibus, vt supra.

378. Saturni xiij May. Dnus rector mgrum Iohannem de Schydlow et Lucam, baccalarium de Casszovia, pro nonnullis excessibus et conspiracionibus, quas cum parte rebellante habebant, infra hinc et diem naturalem sub pena carceris exclusit, et exire tenebuntur. Presentibus, vt supra.

379. Mercury xvij May. Iohannes de Proschowycze, seruitor[2], proposuit contra Iohannem Podlansky, studentem Cracouiensem, quia feria tercia infra octauas Penthecostes[3] anno presenti dehonestauit eum verbis infamatorys, appellando eum furem, licet preter veritatem, et percussit eum, clericum ordinatum, manu violenta, premissa faciens ad infamiam et iniuriam suam, quam reputauit et reputat ad centum florenos hungaricales, petens, eum ad summam centum florenorum condempnarj, et ob inieccionem violentarum manuum in ordinatum clericum sentencias Canonis incurrise declararj. Ex aduerso prefatus Iohannes Podlansky, reconveniendo supradictum Iohannem, proposuit, quia eum, licet sit homo bene conseruatus, appellauit furem, et non contentus hoc malo, iniecit manus in eum, et crinitem traxit, premissa faciens in dehonestacionem, infamiam et iniuriam suam, quam reputat ad centum florenos, petens, eum ad solucionem eorundem condempnari, iusticia mediante. Et dominus vtrique admisit ad probandum, et probabunt crastina die intenciones suas hora vicesima. Presentibus Nicolao de Coprzywnicza, psalmista, et Gregorio, familiari. Et dnus precepit vtrique eorum viuere in pace et quiete sub pena centum florenorum, per partem transgredientem mandatum domini parti tenenti soluenda.

380. Die Mercury xvij May. Stanislai de Pyotrkouia, clerici, in causa Stanislaus, sapiencia, retulit, quod de mandato dni rectoris cittauit mgrum Mathiam, collegiatum. Prorogacio. Et dnus rector prorogauit terminum ad crastinam diem ad vicesimam secundam horam, ita tamen, quod dnus rector inducendo partes ad amicabilem concordiam,

---

[1] »circumstancias« ? [2] »seruitor« deletum [3] 16. V.

prout debitum iudicis requirit, statuit horam decimam octauam aut nonam inclusiue gracia pacis concordie tentande[1] et fiende. Pro eisdem horis locabunt arbitros et componant, alias in defectum concordie fiende ad idem faciendum et requirendum iusticiam ad vicecimam primam partes comparebunt, et dnus rector ibidem decernet decernenda. Presentibus seruitoribus Vniuersitatis.

381. Iouis xviij May. In causa Iohannis de Proschewicze, clerici, ab vna et ex aduerso Iohannis de Podlanzicze, studentis, ab altera partibus, attento, quod post litis contestacionem et ad probandum admissionem partes hinc inde nichil fecerunt et probacionibus vsi non sunt, pro secunda dilacione hinc ad Sabbatum post festum Corporis Christi proximum[2]. Presentibus sapiencijs et seruitoribus domini. Et ibidem Iohannes, sapiencia, de mandato dni rectoris citauit Iohannem Podlansky ad videndum, testes inducendum et producendum, iurarj et iuramenta recipi, ac ad dandum interrogatoria, si que darj voluerit, terminum sibi ad feriam terciam proximam post s. Trinitatis[3]. Presentibns, vt supra.

382. Nicolai, diuina paciencia abbatis, tociusque conventus Coprzywnicziensis ex vna, et mgri Iohannis Lowycz ex alia partibus in causa, dnus rector, auditis allegacionibus dicti mgrj Iohannis, quod non habeat probaciones aliquas, vt nunc nisi per acta Reuerendissimi in Xristo patris dni Iohannis[4], Dei gracia episcopi Cracouiensis, aut per testes et alia documenta legittima ad probandum allegacionem suam iuxta acta, ex superabundanti admisit ad probandum hinc et sex septimanas peremptorie, alias in defectum probacionis dominus decernet, que fuerint decernenda. Presentibus, vt supra.

383. Stanislaus, baccalarius de Gleywycz, ad instanciam mgri Ionannis de Iacubkowycze per dnum rectorem pronunciatus est contumax per se. Presentibus, vt supra.

384. In causa Stanislai de Cracouia, studentis de bursa Ierusalem, actoris, ex vna, et Iacobi de Leopoli, rei, partibus ab altera, occasione capillacionis et alys, in actis cause plenius expressatis, per ea, que vidimus et cognovimus, per hanc nostram sentenciam diffinitiuam pronunciamus, decernimus et declaramus, prefatum Iacobum de Leopoli occasione huiusmodj capillacionis et iniuriarum, exinde subsecutarum, iniuriatum fuisse et esse. Et ob hoc ipsum Iacobum ex suis confessatis, racione dictarum iniuriarum, sibi Stanislao de Cracouia in duobus florenis et in litis expensis condempnandum esse et condempnamus, expensasque et earum taxacionem nobis in postea reservamus. Lecta, lata anno et die, quibus supra, et in scriptis pronunciata hec sentencia nostra per nos mgrum Iacobum de Schadek, decretorum drem, canonicum et rectorem Cracouiensem. Presentibus, vt supra.

---

[1] In Codice »tantande«. [2] 27. V, terminus datus. [3] 23. V. [4] Rzeszowski.

385. Saturni xx May. Stanislaus, sapiencia, retulit, se citasse de mandato dni rectoris Honorabilem Petrum, bacalarium de Belzko, ad instanciam Albertj, presbyterj de Noua ciuitate, terminum sibi ad hodiernam diem et horam xxij assignando. Presentibus Nicolao, psalterista, et Iohanne, sapiencia. Datur terminus partibus ob spem concordie ad feriam secundam proximam post Trinitatis[1], eras locabunt arbitros et concordiam temptabunt, alias in defectum concordie ad idem faciendum hora xx partes comparebunt. Presentibus, vt supra.

386. Lune xxij. Iohannes, sapiencia, retulit, se citasse de mandato dni rectoris Honorabilem mgrum Albertum Lythwanum ad instanciam Nobilis Szenkonis Horinsky de Russia, terminum sibi ad hodiernam diem et horam xx assignando. Presentibus Stanislao et Iohanne, sapiencys. Nobilis Szenko, Lythwanus, proposuit contra mgrum Albertum, prepositum Hrodnensem[2], quia fideiussit pro fratre suo Bartholomeo Thabor, germano, xxv florenos hungaricales, occasione equi, per eundem Thabor ab ipso Szenko empti, et eosdem xxv florenos obligauit se soluturum ante festa Natiuitatis lapsa, monitus, eosdem soluere recusat, petens, ipsum mgrum Albertum ad solucionem predictorum xxv florenorum cogi et compelli, iusticia mediante. Ex aduerso mgr. animo litem legittime contestando negat narrata, prout narrantur, petens, petita fierj non debere, et dicit, quod sub ea condicione fideiussit pro dicto fratre suo, si de bello non fuisset reuersus, obligabat se sibi soluturum, vbi autem reuersus esset, prout factum est, tunc nec cavebat pro eo, nec volebat esse obligatus. Et dnus Szenko detulit iuramento suo decisorie, quod non obligauit se ad soluendum, fratre de bello redeunte. Et dominus crastina die suam voluntatem hora xxj pronunciabit.

387. Martis xxiij May. Iacobus de Leopoli, studens, ad instanciam Laurency, baccalary de Poznania, ad presenciam dni rectoris per Stanislaum, sapienciam, citatus est, terminum sibi ad hodiernam diem assignauit[3]. Presentibus Nicolao de Coprzywnycza et Stanislao et Iohanne, sapiencys.

388. Mgr. Albertus, prepositus Troczensis, personaliter constitutus apud acta, recognouit et obligauit se soluere viginti quinque florenos hungaricales Nobili Szenko Horinsky de Lythwania in casu, quo Nobilis Bartholomeus Thabor, germanus prefati mgri, ad festum Assumpcionis Marie proximum[4] ipsi Szenkoni non solueret. Et eosdem florenos, litteris Szenkonis avisatus et de non solucione certificatus, aput acta dni rectoris Vniuersitatis Cracouiensis vel in Lythwania reponere et soluere prefatus mgr. Albertus sub censuris tenebitur. Presentibus Iacobo Strachoczsky et mgro Michaele de castro[5] et Iohanne de Podlanzicze.

389. Laurencio, baccalario de Poznania, actorj, et Iacobo de Leopoli datur terminus ob spem concordie alias ad idem faciendum,

---

[1] 22. V. [2] = Grodnensem. [3] Sic! [4] 15. VIII. [5] Cracoviensi.

et locabunt Sabbato proximo[1] post prandium arbitros. Presentibus, vt supra.

390. Saturni xxvij May. Mgr. Martinus[2], rector scole ad s. Annam, per Stanislaum, sapienciam, ad presenciam dni rectoris ad instanciam Pauli de Cobilnyky, in scola s. Spiritus morantis, ad hodiernam diem et horam xx citatus est. Presentibus Stanislao et Iohanne, sapiencys. Et terminus datur ob spem concordie ad feriam secundam proximam[3], vbi partes locabunt arbitros et concordiam temptabunt, alias in defectum concordie datur terminus ad idem faciendum hinc ad octauam. Presentibus, vt supra.

391. Iohannes, sapiencia, retulit, se citasse Iohannem de Ploczka de mandato dni rectoris ad instanciam Marthini de Brzesznycza ad hodiernam diem et horam xx. Presentibus, vt supra. Qui Martinus nomine Blasy, germani sui et tunc in termino comparentis, proposuit, quomodo anno presenti in die s. Trinitatis[4] in scolis ad s. Annam prefatus Iohannes de Ploczko ipsum Blasium percussit et ad terram proiecit, et pugnis trusit et crinitim traxit, iniuriam extimando ad decem marcas, petens, ipsum ad id soluendum compelli. In presencia eiusdem Iohannis de Ploczko, qui animo legittime litem contestandj confessus est, ipsum pugno trusisse et crinitim traxisse vna manv, et modicillum sibi rebellantem et ipsum ad iram provocantem, tanquam minorennem et puerilem, prefato Blasio, clerico, petente[5], ipsum ex confessatis in petitis condempnarj. Et dnus rector partibus ex officio suo statuit terminum ad concordandum, ipsis pro hora et loco per partes deputatis, alias in defectum concordie datur terminus partibus ad viij. Presentibus, vt supra.

392. Iacobus de Leopoli alias Luxmundi[6], Paulus de Cracouia et baccalarius Iohannes de Schamotuli, per Stanislaum, sapienciam, de mandato dni rectoris ad instanciam Laurency de Sandomiria citati, non comparentes, pronunciati sunt contumaces.

393. Saturni tercia Ivny. Stanislaus, sapiencia, retulit, se citasse de mandato dni rectoris Honorabilem Ladislaum, baccalarium de Sathmar, ad instanciam Iohannis de eadem Sathmar, terminum sibi ad hodiernam diem et horam xx assignando. Presentibus sapiencys. Proposuit contra prefatum bacc., quia florenum, ipsi proponenti per dnam Veronicam missum et in manus suas datum, monitus, dare sibi recusat, petens, eum ad solucionem huiusmodj floreni et expensarum condempnarj. Et ex aduerso et in continenti litem contestando prefatus bacc. negat narrata[7], prout narrantur, petens, prefata fierj non debere. Et dictus Iohannes, actor, probabit, quod florenus sibi sit missus, testibus hinc ad viij. Presentibus, vt supra.

---

[1] 27. V. [2] Kotowicensis. [3] 29. V. [4] 21. V. [5] In Codice »petentem«. [6] »Luxmundi«, sic! [7] In Codice »negat negata«!

394. Mgr. Martinus, rector scole ad s. Annam, in termino, quem hodie habuit hora xx cum Paulo de Cobilniky, non comparens, pronunciatur contumax per se. Presentibus, vt supra.

395. Sexta Iunii[1]. Iohannes, sapiencia, retulit, quod de mandato dni rectoris cittauit Paulum de Cobylnykj ad instanciam Venerabilis mgri Martini de Kottowicze, rectoris[2] scole s. Anne de Cracowia, ad xx horam diey hodierne ad prosequendam causam. Paulus de Cobylnykij, cittatus per prefatum mgrum Martinum ad prosequendum causam, prius per eum, tanquam principalem actorem, ceptam, proposuit contra eundem mgrum Martinum, quia anno presenti feria secunda in crastino benedicte Trinitatis[3] percussit eum pugno vicibus iteratis, et capillauit, traxit crinitim et inmediate sequenti die percussit eum baculo, pluribus videntibus, premissa faciens ad iniuriam, dehonestacionem et infamiam suas, quam iniuriam estimat ad xx marcas numeri et monete polonicalis, salua moderacione dni iudicis, petens, eum super premissis ad dictas xx marcas, et quia accolitum percussit et capillauit, sentenciam Canonis incurrisse declararj, et ad litis expensas condempnarj. Ex aduerso mgr. Martinus reconuenit prefatum Paulum, reconueniendo proposuit contra Paulum, sic dictum, quia, licet fuerit subditus[4] suus, tamen anno et die, quibus supra, dehonestauit eum, licet bene conseruatum et pro tali habitum, verbis infamatorys, asserens eum merdatorem et inuisum hominem, nunquam bonum, cumulando mala malis, recto lapide iecit in eum, eundem lapidem in grauem iniuriam et dehonestacionem et ipsius mgri Martini faciens, que ad animum reuocando, estimat ad centum florenos, petens, eum in premissis et in expensis legittime condempnarj. Mgr. Martinus ad proposicionem Paulj animo legittime litem contestandi negauit narrata, prout narrantur, petens, petita fieri prout[4] non deberj. Paulus autem ad reconuencionem animo legittime contestandi negauit narrata, prout narrantur, petens petita fieri, prout etc. Et dominus admisit partes hinc inde ad probandum intenciones suas, et probabunt Sabbato proxime venturo[5].

396. Iouis viij Iunij. Stanislaj, clerici de Cracouia, ad instanciam Stanislaus, sapiencia, retulit, se citasse de mandato dni rectoris Discretum Iacobum[6] de Leopolj ad videndum sentenciam diffinitiuam, contra eum super depillacione latam, debite execucioni demandarj, expensas taxarj et processus opportunos decernj, terminum sibi ad diem crastinam, videlicet Veneris, que erit ix Iuny, hora xxj peremptorie assignando. Presentibus in actis.

397. Iacobi de Crzankow[7] et Michaelis de Pinsko in causa dominus ex certis respectibus terminum, ad diem hodiernam cadentem, hinc ad feriam terciam proximam[8] pro hora xx suspendit ad idem faciendum. Presentibus in actis.

---

[1] In Codice per errorum »Iuly«. [2] In Codice »rectorem«. [3] 22. V.
[4] Sic! [5] 10. VI. [6] Luxmundi. [7] »Crzankow«, sic! [8] 13. VI.

398. Veneris nona Ivny. In causa Stanislai de Cracouia ab vna et Iacobi de Leopoli, partibus ab altera, dnus rector terminum ad idem faciendum ad feriam qvintam proximam [1] distulit. Presentibus Andrea de Labischin et Stanislao Korzyb, arcium liberalium mgris.

399. Saturni x Iuny. Iohannis de Sathmar, studentis, ad instanciam Stanislaus, sapiencia, retulit, se citasse de mandato domini Wladislaum de Sathmar ad perhibendum testimonium veritati in causa, vertente inter ipsum Iohannem et Ladislaum, baccalarium, qui ibidem testis iurauit in contumaciam partis. Et ibidem [2].

400. Alberti de Chotecz ad instanciam Stanislaus, sapiencia, citauit ad horam presentem Andream de Glogowia, contra quem proposuit, quomodo anno presenti feria sexta Pasce [3] ipsum in bursa Ierusalem framea evaginata fugabat, volens ipsum interficere, et hys non contentus, sed [2] ipsum infamavit per verba, videlicet hec, pessime presbyter alias popije et alia, que non licet exprimere, petens, competens [2], ipsum secundum huiusmodi iniuriarum in centum florenos, petens [2], compelli ad soluendum, presente eodem. Qui debebunt ad viij respondere. Presentibus.

401. In causa Michaelis, baccalary, et Iacobi de Czarnkow dominus assignauit terminum ad feriam terciam post Vitti proximam [4] prefatis partibus ad audiendum ferri sentenciam. Presentibus dnis Arnolpho [5], Stanislao Cobilensky et Iohanne Tosth, decretorum dribus.

402. Martis xx die Iuny. In causa Iacobi de Czarnkow, actoris, et Michaelis, baccalary, rei, datur terminus ad feriam quintam proximam [6] ad idem faciendum et ad audiendum voluntatem domini.

403. Stanislaus, sapiencia, retulit, quia cittauit Iacobum, baccalarium de Nouosolio, ad instanciam Nicolaj de Byecz. Et dominus prefatum Iacobum, citatum, non comparentem, pronuncciauit contumacem.

404. Die Iouis xxij mensis Iuny. Iohannes, sapiencia, retulit, quia ad instanciam Iacobi de Czarnkow citauit Michaelem, baccalarium de Pynsko, ad feriam terciam proximam [7] ad audiendum ferri sentenciam in causa inter eos super tribus florenis et duobus grossis etc.

405. Die Martis xxvija mensis Iuny. Dominus ex causis, animum suum mouentibus, terminum ad audiendum ferri sentenciam Iocobo de Czarnkow, actori, et Michaeli de Pynsko, baccalario [8], in causa inter eos vertente, prorogauit ad feriam terciam proximam [9]. Presentibus Stanislao, seruitore Vniuersitatis, et alys, ut in domo.

---

[1] 15. VI. [2] Sic! [3] 31. III. [4] 20. VI. [5] Mirżyniec. [6] 22. VI. [7] 27. VI. [8] In Codice »baccalary«, sic! [9] 4. VII.

406. Die Martis xviij mensis Iulij. Stanislaus, sapiencia, retulit, se citasse de mandato dni rectoris Honorabilem mgrum Albertum de Thabor ad instanciam Stanislai de Czchow, arcium baccalary, terminum sibi ad hodiernam diem pro hora vicesima assignans. Presentibus sapiencijs. Mgrum Albertum Thabor, citatum, non comparentem, et [1] dominus pronuncciauit eum contumacem, effectum contumacie suspendit ad feriam quintam proximam [2] pro hora vicesima.

407. Stanislaus, sapiencia, retulit, se citasse de mandato dni rectoris Nicolaum de Wroblow, baccalarium in iure canonico, ad instanciam Ieorgij, pellificis de Cracouia, terminum sibi ad hodiernum diem pro hora vicesima assignans. Presentibus etc. Honorabilem Nicolaum de Wroblow, citatum, non comparentem, dnus pronuncciauit eum contumacem, effectum contumacie suspendit ad feriam quartam [3] pro hora xx.

408. Die Iouis xx mensis Iulij. Nicolaus Wroblowskij personaliter constitutus, obligauit se bona fide redimere pignus, videlicet loricum et galeam, alias capalim, pro Generoso dno Martino Gedeczkij in quatuor florenis minus octo grossis apud Prouidum Ieorgium, pellificem, ciuem Cracouiensem, per ipsum dnum Wroblowskij obligatum, prima die iuris post festum s. Bartholomei proxime venturum [4], sub censuris dni rectoris Vniuersitatis Cracouiensis, non euadendo eum aliquibus cautelis et quibuscunque modis. Presentibus Stanislao et Iohanne, seruitoribus Vniuersitatis, et alys, ut in domo.

409. Idem dnus Nicolaus Wroblowskij personaliter constitutus, recognouit, se debere et tenerj tres florenos cum octo grossis Prouido Paulo, apotecario, ciui Cracouiensi, pro confeccionibus, apud eum ad collacionem sue promocionis in baccalarium receptis, et obligauit se infra hinc ad vnum mensem eosdem soluturum cum effectu, sub censuris dni rectoris. Presentibus seruitoribus Vniuersitatis et alys, ut in domo.

410. Iohannes, sapiencia, retulit, se citasse de mandato dni rectoris Paulum, studentem de Konigsbergk, ad instanciam Honeste Margarethe, vidue, alias Marwscha, smigmatum venditricis, terminum sibi ad hodiernam diem pro hora vicesima assignando. Paulum, citatum [5] ad instanciam dicte Marwsche, non comparentem, dnus eum contumacem pronuncciauit.

411. Iohannes, sapiencia, retulit, quia cittauit Paulum, studentem de Konigsberg, ad instanciam Discreti Bernardi, arcium baccalary de Sandecz, terminum sibi ad hodiernam diem pro hora vicessima [6]. Paulum, studentem de Konigsberg, citatum [5] ad instanciam dicti Bernardi, bacc. de Schandecz, non comparantem [7], dominus eum pronuncciauit contumacem.

---

[1] »et«, sic! [2] 20. VII. [3] 19. VII. [4] post 24. VIII. [5] In Codice »citantem«! [6] assignans. [7] »comparantem«, sic!

412. Die Iouis tercia Augusti. Iohannes, sapiencia, retulit, se citasse de mandato dni rectoris Stanislaum Woyewoda de Mazouia, Cristoferum de Oswanczim et Nicolaum Olsnam ad instanciam Discreti Allexij de Poznania pro hora xx ad feriam quintam proximam [1].

413. Die [2]. Stanislaus, sapiencia, retulit, se citasse Stanislaum Woyewoda ad instanciam Bernardi de Tarnow hodie ad horam vicesimam.

414. Die Martis viij mensis Augustj. Iohannes, sapiencia, retulit, se citasse Stanislaum de Oszwyanczin, licenciatum in artibus, ad instanciam mgrj Iohannis de Poznania, senioris de [3] Ierusalem, ad horam vicessimam. Presentibus Nicolao de Coprzywnycza et Iohanne, sapiencia. Conquirente et proponente mgro Iohanne de Poznauia, seniore de bursa Ierusalem, contra Stanislaum de Oszwyanczin, licenciatum in artibus, quomodo sibi pluribus audientibus diffidauit, plura verba cominatoria proferendo et in mortem machinatus est. Et ideo dnus rector, auditis propositis et responsis, per decretum suum decreuit, quod ipse licenciatus primo cavebit de indempnitate et securitate mgro Iohanni, aut testes fidedignos ordinabit, qui pro eo fideiubebunt, quod cum mgro Iohanne, stante accione, quam intendit a[4] pro sarto [2] movere, viuet in pace, alias iurabit licenciatus, quod nullis machinacionibus aut insidys contra mgrum Iohannem, actorem, vtetur. Et in maius testimonium mgr. Iohannes appodixam [2], manibus prefati licenciati scriptam, plenam cominacionibus, produxit, quam dnus rector cominatoriam approbauit. Presentibus, vt supra. Et super hoc licenciato ad Sabbatum [5] terminus datur ad deliberandum, et eciam interim cum mgro Iohanne sub vadio triginta marcarum viuet in pace, nullis minis, terroribus aut machinacione in vitam eius vtendo.

415. Die Saturni xij [6] mensis Augusti. Iohannes, sapiencia, retulit, se citasse de mandato dni rectoris Stanislaum Livblin, procuratorem, in Kazmiria morantem, ad instanciam Alberti de Cleparzs pro hora xx. Alberto petente a mgro Stanislao iuuenem scolarem, sibi ab amicis commissum et per mgrum Stanislaum violenter detentum penes se et eum sibi restitui petentem [2], mgr. Stanislaus negante [2], eundem scolarem per violenciam recepisse et in presenti tenere, dominus decreuit, eundem scolarem exhiberi et statui Sabbato proxime venturo [7] coram se hora xx uel citra, accionem autem Alberto pro iniurys premissis contra mgrum Stanislaum sibi reseruauit.

416 [8]. Die Saturni xij mensis Augusti. Ego Paulus Wernerj de Konisbergk recognosco, me deberj et obligari ij florenos vngaricales Venerabili viro. mgro Caspar de Dompnaw [2], mihi mutuatos gratanter, ad quos soluendo [2] obligo me in hys scriptis pro proximo festo Michaelis [9],

---

[1] 3. VIII?, 10. VIII? [2] Sic! [3] bursa. [4] »a«, sic! [5] 12. VIII. [6] In Codice erronee »ix«. [7] 19. VIII. [8] Totus hic nrus 416 in omni parte sua alia antiqua manu deletus. [9] 29. IX.

aut prius duabus septimanis aut tribus, sub pena excommunicacionis dni rectoris. In quorum testimonium hec proprys manibus exaraui. Datum Cracovie, Sabbato ante festum Assumpcionis Marie[1] anno Dni 1475.

417. Mgro Iohanni, seniori in[2] Ierusalem, et Stanislao de Oswanczim, licencyato in artibus, datur terminus coram dno rectore et consiliarys suis, ab Vniuersitate deputatis, feria quarta proxima[3] ad vicesimam horam. Presentibus, ut in domo.

418. Die Mercurii[4] xvj mensis Augusti. Stanislaus de Osswanczim, licenciatus in artibus, pronuncciatur contumax, effectum contumacie dominus suspendit ad feriam secundam proximam[5].

419. Die Iouis xvij mensis Augusti. Iohannes, sapiencia, retulit, se citasse de mandato dni rectoris Stanislaum, baccalarium de Gleywicz, ad instanciam dni Petri, sacristiani in Cleparzs, hodie ad horam vicesimam. Discretus Petrus, sacristianus, proponit contra Stanislaum, bacc. de Gleywicz, quia tenetur sibi marcam occasione mutui sibi ante festum Nativitatis Xristi proxime preteriti[6], sepius monitus, soluere recusat, petens, eum ad solucionem dicte marce et ad litis expensas condempnari, sentencia mediante. Ex aduerso Stanislaus, bacc., animo legitime litem contestandi confessus est, se huiusmodi marcam prefato dno Petro teneri et debere. Et dominus ex confessatis condempnauit ipsum prefatum bacc. ad solucionem ipsius marce pro festo s. Michaelis[7]. Et in continenti de mandato domini monuit eum Stanislaus, sapiencia, ut infra hinc ad festum Michaelis prefatam marcam soluat dno prefato Petro, alias, si secus fecerit, dominus exnunc, prout extunc, excommunicat eum in his scriptis et excommunicatum denuncciari mandauit.

420. Iacobus, baccalarius de Nouosolio, recognouit et confessus est, personaliter constitutus, se teneri et debere viij grossos pro framea Nicolao de Byecz, quos obligauit se soluere ad proximum festum s. Natiuitatis Marie[8] sub censuris. Et in continenti Stanislaus, sapiencia, de mandato dni rectoris eum monuit, ut infra hinc et festum Natiuitatis Marie prefatos viij grossos soluat eidem Nicolao, alias, si secus fecerit, dominus exnunc, prout extunc, eum excommunicat et excommunicatum eum denuncciari mandauit.

421. Alberto[9], actore, parente, parte ex aduerso non comparente, dominus Stanislaum de Lublin pronuncciauit contumacem. Arestata in continenti per Stanislaum de Lublin, procuratorem et principalem, petente[6], decerni cittacionem ad prosequendum ulterius in causa. Et dominus decreuit, et interim efectus contumacie suspenditur.

---

[1] 12. VIII. [2] bursa. [3] 16. VIII. [4] In Codice »Lune«, correctum in »Martis«! [5] 21. VIII. [6] Sic! [7] 29. IX. [8] 8. IX. [9] Klepardiensi.

422. Die xxj mensis Augusti. Alberto de Cleparz et Stanislao de Lublin, procuratori causarum, dominus prorogauit terminum ad sabbatinum diem[1] pro hora xx ad procedendum ulterius in causa.

423[2]. I. N. R. I. Iohannes, sapiencia, retulit, se citasse de mandato dni rectoris Iacobum de Wirzbowiecz, baccalarium, ad instanciam Nicolaj de Rogoszno, terminum sibi ad feriam sextam proximam assignando ad xx horam. Presentibus, ut in domo.

424[2]. Die xxij[3] Martis mensis Augusti anno lxxvto. Stanislaus, sapiencia, retulit, se citasse de mandato dni rectoris Petrum de Wolborz ad instanciam Egidij Bijdgostia hodie ad horam xx. Egidius de Bidgostia, studens Cracouiensis, proponit contra Petrum de Wolborz, scolarem, in scola s. Stephani morantem, quia anno presenti, videlicet feria sexta infra octauas Assumpcionis Marie[4] in lectorio theologorum maxillauit eum ad faciem et capillauit crinitim, et verbis infamatorys eum deturpauit, iniuriam sibi et infamiam derogando, quas ad animum reuocando bona fide estimat ad centum florenos, mallens de proprys tantum perdere, quam talia ab eo pati, petensque, eum occasione huiusmodi iniuriarum ad prefatos centum florenos et ad litis expensas condempnari, sentencia mediante. Ex aduerso Petrus de Wolborz animo legitime litem contestandi negat narrata, prout narrantur, petens, petita fieri non debere. Egidio se offerente ad probandum premissa, et probabit Sabbato proximo[1] ad horam xx.

425. Die xxvjta[5] Saturni mensis Augusti. Allexij de Poznania in causa Iohannes, sapiencia, retulit, quia cittauit de mandato dni rectoris Stanislaum Woyewodam de Maszowia, terminum sibi assignando hodie xx hora in domo dni rectoris. Et dominus ex certis causis, animum suum mouentibus, assignauit eis terminum ad idem faciendum ad feriam terciam proximam[6] hora et loco, quibus supra.

426. Die Martis xxix mensis Augusti. Stanislaus, sapiencia, retulit, se citaste de mandato dni rectoris mgrum Iohannem de Pnyewij ad instanciam Margarethe, pistricis de Cracovia, ad horam xx. Margaretha, vxor Mathie[7], pistrix de Cracovia, proponit contra mgrum Iohannem de Pnyewij, quia tenetur sibi et debet quatuordecim florenos et vndecim scotos pro expensis, ipsi mgro per proponentem ultra quam per duos annos ministratis, et tres florenos racione mutui, quos omnes predictos florenos, personaliter sepius per eam monitus, soluere recusat, petens, eundem mgrum ad solucionem quatuordecim florenorum et vndecim scotorum et trium florenorum, et ad litis expensas condempnari et compelli, sentencia mediante. Ex adverso mgr. Iohannes de Pnewij petiuit, sibi copiam proposicionis decerni et terminum ad respondendum

---

[1] 26. VIII. [2] Nri 423 et 424 conscripti sunt separatim in chartula, quae non recto loco a ligatore in medio Codice, pag. 277, inserta est. [3] In Codice »xxj«. [4] 18. VIII. [5] In Codice per errorem »die xxvta« [6] 29. VIII. [7] Sic!

dicte proposicioni dari. Et datur terminus ad feriam secundam proximam[1]. Presentibus seruitoribus Vniuersitatis et alys, ut in domo.

427. Allexius de Poznania proponit contra Stanislaum Woyewodam, studentem, in bursa diuitum morantem, quia anno presenti, uidelicet in libello suo dato etc. Ex aduerso Stanislaus Woyewoda, animo legitime litem contestandi, fatetur, quia capillauit eum, se defendendo et non invadendo, quoniam ipse Allexius primum irruit in eum et capillauit, et ipse vice uersa se defendendo eciam capillauit, et quia ipse Allexius sibi inferebat verba infamatoria, et ipse Stanislaus, verba pro verbis referendo, sibi similia dicebat. Vtroque se offerente ad probandum suam intencionem, dominus admisit, et probabunt ad octo dies. Presentibus, ut in domo.

428. Dominus terminum[2] admisit Michaeli de Thiczin et mgro Iohanni de Schijdlow ad concordandum alias ad idem faciendum pro feria tercia[3] ad horam vicessimam.

429. Die Saturni secunda[4] mensis Septembris. Stanislaus, sapiencia, retulit, se citasse de mandato dni rectoris Nicolaum de Grodzysko, baccalarium arcium, et cum ceteris sibi coherentibus, ad instanciam Leonardi de Wratislawia hodie ad horam vicessimam. Leonardus de Wratislawia proponit contra Nicolaum, bacc. de Grodzysko, et Bernardinum Wylczkowskij, quia anno presenti feria secunda ipso die s. Augustini[5], eo procedente ad cameram suam inmediate post primam horam noctis, irruit in eum et capillauit eum, ipsi per hoc iniuriando et eum dehonestando, licet inmeritum, quam iniuriam et dehonestacionem estimat ad centum florenos, salua moderacione dni iudicis, petens, eum ad dictorum centum florenorum solucionem et ad litis expensas condempnari. Item proponit contra eundem, quia eodem momento, ipso capillato, irruit in cameram suam cum suis adherentibus et apperuit hostium[6] violenter, ad iniuriam et infamiam suam ista faciens, quam estimat ad centum florenos, petens, eundem ad premissa condempnari. Ex aduerso Bernardus[7], animo legittime litem contestandi, negat narrata omnia, prout narrantur, petens, petita etc. Illo ex aduerso offerente se ad probandum intencionem suam, dominus admisit, et probabit ad quindenam. Et interim dominus fecit inter eos caucionem, sub pena sexaginta florenorum.

430. Die quarta mensis Septembris. Mgrum Iohannem de Pnyewij, citatum ad instanciam dicte Margarethe, pistricis de Cracovia, non comparentem in termino, sibi coram nobis prefixo, dominus pronuncciauit eum contumacem.

431. Die Veneris viija[8] mensis Septembris. Cristofero et Iohanni Lygansza, presentibus, datur terminus ad audiendum propo-

---

[1] 4. IX. [2] »terminum« deletum. [3] 5. IX. [4] In Codice erronee »tercia«.
[5] 28. VIII. [6] = ostium. [7] Sic! [8] In Codice »vija«.

sicionem Cristoferi et respondendum ad eam prima die iuris post felicem reditum domini de conuencione[1] ad horam vicessimam. Presentibus Stanislao et Iohanne, seruitoribus Vniuersitatis.

432. Stanislaus, sapiencia, retulit, quia cittauit Griff Stanislaum, seruitorem dni senioris de[2] Ierusalem[3], ad instanciam Cristoferi de Oswanczim. Eodem Stanislao Griff non comparente, dominus pronucciauit eum contumacem, et effectum contumacie decreuit dari contra eundem.

433. Mgro Martino de Cracouia, prouisori burse diuitum, et mgro Iohanni de Alba regali super iniurys, ab alterutro pretensis, datur terminus ad feriam terciam proximam[4] coram dno vicerectore. Presentibus seruitoribus Vniuersitatis, hora vicessima in habitacione sua.

434. Die Saturni ix Septembris. Margarethe, relicte Andree[5], pistricis de Cracovia, ad proposicionem, superius in actis xxix Augusto contentam[6], Nicolaus de Oppathowyecz, nomine procuratorio Honorabilis mgri Iohannis de Pnyewij, animo litem legitime contestandi, negauit narrata, prout narrantur, petens, petita fieri non debere. In presencia ex aduerso principalis, ad hoc speciali citacione post absolucionem citati, qui petiuit sibi terminum darj ad probandum. Et obtinuit ad octauam pro prima dilacione. Presentibus in actis.

435. Die Saturni ix Septembris. Iohanes[7], sapiencia, retulit, se citasse de mandato dni rectoris Caspar, studentem de Primislia, ad instanciam dni Stanislai de Canczuga, viccarii ad Omnes ss., ad horam xxij. Et ibidem, ipsis comparentibus, actor proposicionem faciens, petiuit a reo vnam marcam minus sex grossos communis pecunie, quam recepit in commodum a prefato dno Stanislao, singula singulis computando alias gradatim. Et ex aduerso principalis, dnus Caspar, reus, fassus est coram nobis legitime, quia recepit marcam sed non terminum. Et debet iurare super hoc dnus Stanislaus, quod sibi dedit terminum. Iterum dnus Stanislaus fassus est, quod marcam recepit, quam misit dnus suus sibi per ipsum et alia, videlicet caseos. Et ibidem prefatus dnus Stanislaus debet producere testes ad fferiam terciam[8].

436. Die Saturni ix Septembris. Mgro Iohanni de Poznania, seniorj burse Ierusalem, et mgro Iohanni de Glogouia cum baccalariando suo super iniurijs, ab vlterutro[9] pretensis, datur terminus ad fferiam secundam proximam[10] coram nobis. Super hoc debet producere testes mgr. Iohannes de Poznania super prefatas iniurias, factas per prefatum baccalariandum. Et in continenti dnus vicerector debet vocare decanos facultatum et dnos consiliarios.

---

[1] Novosandecensi cum Hungaris et Valachis. Długosz ad a. 1475. [2] bursa [3] Johannis Poznanitae. [4] 12. IX. [5] Sic! [6] Cf. nrum 426. [7] In Codice »Iohanis«. [8] 12. IX. [9] »vlterutro«, sic! [10] 11. IX.

437. Die Martis xij Septembris. In causa, inter dnum Stanislaum[1] et Caspar[2], studentem, vertente, datus est terminus ad festa Michaelis[3] ad docendum per dnum Caspar, quod marca missa per mgrm Iacobum de Panthalowicze, custodem ecclesie Premisliensis, per prefatum dnum Caspar dno Stanislao datam quod[4] racione debitj, quod tenebatur Caspar dno Stanislao in vim mutui, est dno Stanislao data. Presentibus Iohanne, seruitore Vniuersitatis, et Iacobo de Coszmijn, testibus.

438. Die Martis xii Septembris. In causa inter mgrum Martinum de Cracovia et Iohannem de Alba regalj prefigitur terminus ad Sabbatum proximum[5] ad hoc, quod dominus deliberet de prime[4] vehitate[4] accionis inter partes, et alias ad videndum admittj conuencionalem libellj, oblati per mgrum Martinum, et ob spem concordie hora xx. Presentibus seruitoribus.

439. Die Veneris xv mensis Septembris. Actrix, videlicet Margaretha, pistrix de Cracovia, petiuit, sibi differrj terminus ad probandum uel defendendum infra duas uel tres septimanas, occasione intimate voluntatis in concordiam partis aduerse, videlicet mgri de Pnijewij. Alias, si pars aduersa tunc se, ut prius, absentauerit, poterit secum agj iure eodem, prout ante in actis[6]. Relacio facta dicitur. Presentibus seruitoribus Vniuersitatis.

440. Die Saturni xvj[7] mensis Septembris. Iohannes, sapiencia, retulit, se citasse mgrum Georgium Laudamus ex parte dni Michaelis de Costen, baccalarii in decretis, qui comparens, coram nobis pecyt sibi terminum ad secundam fferiam[8]. Et datus est terminus ad pretactam diem coram dno rectore. Et dnus Michael constituit in procuratorem dnum Nicolaum de Costen, viccarium ad s. Annam, dans sibj omnimodam potestatem ad tollendum et leuandam certas pecunias, obligatas prefato dno Michaelj pro legendis missis, ac pro eisdem quitandum et de ampliorj non exigendo paciscendum, nec non, si necesse fuerit, pro eisdem pecunys obligatis agendum, proponendum, generaliter omnia faciendum, processus opportunos exigendum. Presentibus seruitoribus Vniuersitatis Iohanne et Stanislao.

441. Die Saturni xvj[7] Septembris. Iohannes, sapiencia, retulit, se citasse Bernardinum de Wratislawia pro debitis quodam[4] ex parte Iohannis et Valentini, sartorum de Cracovia. Et dominus pronunciauit contumacem ex parte ipsorum non comparencium.

442. Die Lune xviija[9] mensis Septembris. Mgrum Georgium Laudamus[10], citatum, non comparentem, ad instanciam Mi-

---

[1] Przemisliensem. [2] de Kańczuga. [3] 29. IX. [4] Sic! [5] 16. IX. [6] Cf. nrum 434. [7] In Codice erronee »xv«. [8] 18. IX. [9] In Codice »xvija«. [10] de Cracovia.

chaelis, baccalarij de Costen, dominus pronunciauit contumacem, et dominus decreuit [1].

443. Die Martis xviiij [2] mensis Septembris. Caspar [3] de Wratislawia, citatus ad dicendum veritatem in causa inter Leonardum de Wratislawia et Bernardinum Wylczeck super capilacione, iurauit dicere veritatem in forma plena.

444. Mgr. Damianus [4], citatus ad dicendum veritatem in causa, inter Leonardum ab vna et Bernardinum Wylczek ab altera parte vertente super violencia, sibi illata in camera sua, iurauit dicere veritatem in forma plena et cum ceteris illi strepitui interfugientibus [1], videlicet Georgio, baccalario de Legnicz, et Henrico de Wratislawia, qui eciam iurauerunt dicere veritatem.

445. Cristoferus de Oszwanczim proponit contra Iohannem Lyganza, studentem Cracouiensem, quia anno presenti feria quinta ante festum Natiuitatis Marie [5] irruens in eum cum suis adiutoribus, capilauit eum atrociter, in terram deiciens, et ewlsit pilos ex capite suo ita, ut appareret in loco ewlsionis capillorum nuditas capitis, et fecit eum verberari gladys, prout et verberatus est ad mandatum suum, faciens premissa ad iniuriam, infamiam et ignominiam suam, quas estimat ad centum florenos vngaricales iusti ponderis, salua moderacione dni iudicis, petens, eum premissa sibi iniuste et iniuriose ab ipso Iohanne illata fuisse declarari, et ad centum florenorum solucionem ac litis expensas condempnari. Ex aduerso Iohannes Lyganza petiuit, sibi terminum dari ad respondendum, et datur terminus ad feriam secundam proximam [6].

446. Mgro Martino [7] datur terminus ad sabbatinum diem [8] ad producendum libellum contra mgrum Iohannem de Alba regali ad horam vicesimam.

447. Arestata in continenti per mgrum Georgium de Cracovia et principalem petente, decerni cittacionem ad prosequendum ulterius in causa, et dominus decreuit, et interim effectus contumacie suspenditur.

448. Die Saturni xxiij mensis Septembris. Iohannes, sapiencia, retulit, quia cittauit de mandato dni rectoris Georgium, Iohannem Wyanko [1], Lithwanos, ad instanciam Stanislai de Lanczicia, terminum sibi ad horam vicesimam coram nobis assignans. Stanislaus de Lancicia proponit contra Georgium, principaliter Iohannem Waynko [1], Lithwanos, quia anno presenti ipse Georgius, euocato eo bonis verbis de bursa pauperum in die Natiuitatis Marie [9], vasi ad visitandum limina s. Stanislai in Rupella, et dum transiui cum eo per ferale [1], sic euocatus, ut prefertur, locauit se mecum eo et consedit, sedendo iniecit in eum [1]

---

[1] Sic! [2] In Codice »xviij«. [3] Prokendorf. [4] de Dengelek? [5] 7. IX. [6] 25. IX. [7] Cracovitae. [8] 23. IX. [9] 8. IX.

manus violentas, capilauit eum atrociter, et deiciens in terram cum suis adiutoribus, videlicet Iohanne et Wannyko [1], Lithwanis, in scola Omnium ss. morantibus in Cracouia, traxit eum per terram crinitim, et his malis non contentus, percussit eum ferreo bacillo ad scapulas ipse Ieorgius, iteratis et multis ictibus inferens sibi wlnera liuida et dolorem grauissimum, capillacionem prefatam cum dictis coadiutoribus et percussionem, per ipsum factam, in grauem suam faciens iniuriam et ignominiam, quam estimat bona fide et animo reuocando ad tricentos florenos vngaricales, petens, eundem Georgium et prefatos suos complices ob hanc huiusmodi ignominiam et iniuriam ad tricentos florenos condemnari. Ex aduerso ipse Georgius et sui complices petiuerunt terminum ad deliberandum et respondendum libello, et datur terminus ad feriam terciam proxime venturam [2] ad horam vicesimam. Et interim dominus fecit inter eos caucionem sub pena tricentorum florenorum.

449. Mgrum Martinum de Cracouia, citatum, non comparentem, ad instanciam mgri Iohannis de Alba regali, dominus pronuncciauit eum contumacem, ob non paricionem in termino coram dno rectore.

450. Mgrum Georgium Laudamus, cittatum, non comparentem coram dno rectore, dominus pronuncciauit eum contumacem, et dominus decreuit, processum fieri contra eundem.

451. Die Lune xxvta mensis Septembris. Iohannes Liganza ad proposicionem Cristoferi [3] legittime litem contestando negat narrata, prout narrantur, petens, petita fieri non debere. Cristofero offerente se ad probandum intencionem suam, dominus admissit, et probabit pro prima dilacione infra hinc et octo dies.

452. Venerabilium dnorum mgrorum Stanislai de Zawada et Stanislai de Brzeszinij, professorum s. theologie, et eorum consortum ab vna, et Venerabilis mgri Petri de Zambrecz ab altera in causa, de consilio dnorum decanorum interloquendo pronunciamus, ad libellum prefati mgri Petri esse respondendum et debere responderi, et respondebunt feria tercia ante Francisci [4].

453. Die Martis xxvj[5] Septembris. Georgius Lithwanus, studens Cracoviensis, habitans in hospicio dni Georgij alias Ypoliti, constituit suum verum et legittimum procuratorem, mgrum Stanislaum, canonicum Wilnensem, in causa, quam sibi mouet et mouere intendit Stanislaus de Lanczicia, studens Cracouiensis, dans ipsi potestatem omnem agendi, defendendi, iuramenta quecunque faciendi cum omnibus et singulis clausulis oportunis, prout in meliori plenaque forma. Presentibus seruitoribus Vniuersitatis et dno dre Stanislao de Cobilino et alys, ut in domo. Georgius Lithwanus, studens Cracouiensis, legitime litem contestando ad proposicionem Stanislai de Lancicia responsurus, negat

---

[1] Sic! [2] 26. IX. [3] Oświęcimensis. [4] 3. X. [5] In Codice »xxvij«.

narrata, prout narrantur, petens, petita fieri non debere[1]. Mgr. Stanislaus prefatus, procurator Georgij Lithwani et eius nomine, negat narrata, prout narrantur, petens, petita fieri non debere, Stanislao ex aduerso offerente se ad probandum intencionem suam. Et dominus admisit ad probandum, et probabit ad octauam.

454. Die Lune secunda mensis Octobris. Iohannes, sapiencia, retulit, quia cittauit de mandato dni rectoris mgrum Mathiam de Szydlow ad instanciam mgri Martini de Cracouia, terminum sibi coram nobis hodie ad horam vicessimam assignans. Presentibus, ut in domo, cum omnibus consiliarys dni rectoris. Mgr. Martinus de Cracouia proponit contra mgrum Mathiam de Szydlow, quia anno presenti feria secunda post festum s. Michaelis[2] nesciens, quo spiritu ductus, exclusit eum a mensa communitatis Collegij artistarum, faciens sibi per hoc grauem iniuriam, et in preiudicium et ignominiam suam ista faciens. Isto premisso, per nostram sentenciam decernimus eundem[3], ut sequitur. Cristi nomine invocato et Deum solum pre oculis habentes, pro tribunali sedentes, per hanc nostram sentenciam diffinitiuam, quam de consiliariorum nostrorum consilio et assensu ex his, que coram nobis producta sunt, ferimus in his scriptis. In causa, inter Honorabiles viros, mgrum Martinum de Cracouia ab vna et mgrum Mathiam de Szydlow super spoliacione mense Collegij artistarum et eorum occasione partibus ab altera vertente, dicimus, decernimus et pronuncciamus, prefatum mgrum Martinum iniuste et indebite per predictum mgrum Mathiam de Szydlow mensa communi fuisse et esse spoliatum et ab ea, nulio ordine iuris seruato, ammotum, sibique talia non licuisse neque licere. Et ob hoc ipsum mgrum Martinum ad possessionem et ad vsum mense et omnium iurium domus et ad ponendum bursam cum alys dnis colegiatis fore et esse restituendum, et restiuimus per presentes, mandantes sub pena excommunicacionis ab hodie ipsum restituendum ad mensam prefatam et ad ponendum bursam admittendum, accione[3] cuilibet ipsorum suo tempore reseruantes.

455. Cristi nomine invocato et solum Deum pre oculis habendo, in causa inter Iacobum de Czarnkow, studentem, et Michaelem de Pynsko, baccalarium, super tribus florenis vertente, per hanc nostram sentenciam diffinitiuam, quam de consensu et consilio dnorum drum, decanorum et consiliariorum nostrorum dicimus, pronuncciamus et decernimus in scriptis: Iacobus prefatus[4] ad habundancius testimonium faciendum et pro clariori verificacione sue intencionis prestet corporale iuramentum in manibus nostris, quod huiusmodi tres florenos, duos in auro et tercium in moneta, integraliter reposuit in camera prefati Michaelis iuxta proposicionem suam, nec eam expost recepit, nec scit alium recipientem. Hoc premisso, per eandem sentenciam decernimus, prefatum bacc. dictos tres florenos pro restituto habuisse et propter hoc

---

[1] »Georgius Lithwanus, studens ..... fieri non debere«, deletum. [2] 2. X.
[3] Sic! [4] In Codice »Iacobum prefatum«, sic!

ipsum bacc. ad solucionem dictorum trium florenorum aut libri »Sermonum Noui thezauri« restitucionem compellendum esse, et compellimus infra hinc et vnum mensem faciendum condempnandum fore et condemnamus, expensas et impensas in lite factas pro bono pacis hinc inde compensantes. Lecta, lata et in scriptis pronuncciata est hec sentencia diffinitiua per Reuerendum patrem, dnum mgrum Iacobum de Schadeck, rectorem etc. Presentibus, ut intra continentur, testibus.

456. Die Martis tercia mensis Octobris. Iohannes, sapiencia, retulit, quia cittauit de mandato dni rectoris Mathiam de Gwben ad instanciam Helene, vidue de Cracouia, terminum sibi assignando ad horam vicesimam. Helena, vidua de Cracouia, proposuit[1] Mathiam de Gwben, studentem, quod anno presenti feria secunda proxima ante festum s. Michaelis[2] Cracouie in domo Ieorgij Iwrkocz, pistorem[3], et in palacio ibidem sito hora prima noctis citra uel vltra idem Mathias, nescitur, quo spiritu ductus, nullisque meritis suis exposcentibus, in eam irruit impetuose, primo tallari ad ipsam proiciendo, et arepta per crines multam quantitatem crinium de capite ewlsit, et his non contentus, ad terram prostratam genibus in pectus concuciebat inhumaniter, sibi exinde magnam iniuriam[4] faciendo, quam iniuriam contra eum extimat ad centum florenos vngaricales, malens tantum et plus etc., quare petit per vos Venerabilem dnum rectorem, ex causis predictis in petitis et in litis expensas, nec non in pena rectorali et condempnari et ad id cogi. Presente dicto Mathia, qui statim ad predictam proposicionem, animo litem contestandi, negauit narrata, prout narrantur, petens, petita etc. Dicta Helena presente et petente, se ad probandum admitti, et datur terminus ad octauam.

457. Mgri Petri de Zambrecz ex vna et Venerabiles dnos dres et mgros[3] domus Collegij maioris artistarum ex altera partibus in causa, Iohannes de Velyczka, procurator et ipsorum dnorum mgrorum procuratorio nominibus, animo litem contestandi et in vim litis contestacionis, reproduxit sue partis raciones, petens, partem ad contestandum litem super hys compelli, presente dicto mgro Petro, qui similiter suam proposicionem reproduxit et ei iuxta exigenciam responderi petiuit. Quo facto et in continenti idem Iohannes de Welyczka ad proposicionem dicti mgri Petri, et e contra idem mgr. Petrus ad raciones huiusmodi reproductas, hinc inde animo litem contestandi, negarunt narrata, prout narrantur, petens[3], petita fieri non debere. Et datur dictis partibus vtrinque ad probandum, et datur ad octauam pro prima dilacione. Et nichilominus idem mgr. Petrus reproduxit sua producta, petens, similiter ea admitti ad probandum, et obtinuit similiter ad octauam. Presentibus dre Stanislao et alys pluribis mgris et dribus ex aduerso principalis.

458. Nicolao de Olauia, baccalario arcium, datur terminus ex officio dni rectoris ad feriam quintam proximam[5]. Presentibus seruitoribus Vniuersitatis.

---

[1] contra. [2] 25. IX. [3] Sic! [4] In Codice »iniuria*ndo*«, sic! [5] 5. X.

459. Die Iouis quinta mensis Octobris. Stanislaus, sapiencia, retulit, quia cittauit de mandato dni rectoris ad instanciam dni Stanislai Przedboreck mgrum Georgium Laudamus de Cracovia, terminum sibi coram nobis pro hora xx assignans. Nobilis dnus Stanislaus Przedbory proposuit contra mgrum Georgium Laudamus, quia fideiussit pro fratre suo carnali Stanislao soluere decem florenos, in quibus ipse Stanislaus sibi obligabatur dno Przedborio, monitus, soluere recusat, petens, eundem ad solucionem dictorum decem florenorum et ad litis expensas cogi et condempnari. Ex aduerso mgr. Georgius petiuit, sibi dari terminum ad deliberandum, et datur ad sabbatinum diem [1] ad horam vicessimam.

460. Mathias de Zarnowecz, canonicus Kyelcziensis, probauit, se esse procuratorem constitutum in causa Iohannis de Zarnowecz, per dnum Mathiam de Cobylino sibi motam [2]. Et dominus de consensu parcium ob spem concordie dedit terminum tercia die post adventum suum. Presentibus seruitoribus Vniuersitatis.

461. Generosus Iohannes Lyganza et Cristoferus de Oswanczim, studentes Cracouienses, recognouerunt, quod super omnibus displicencys, controuersys, capillacionibus, percussionibus et omnibus discordys, occasione percussionis et capillacionis inter eos qualitercunque exortis, per medium Venerabilium virorum mgri Iacobi de Schadek, decretorum dris, Vniuersitatis Cracouiensis rectoris, et Iohannis Senioris Dlugosch, canonicorum Cracouiensium, in quos de alto et basso compromiserunt, qui vigore huius compromissi interposita pena centum florenorum parti tenenti per partem non tenentem soluenda, inprimis extinxerunt et mortificauerunt inter eos omnes lites, rancores et controuersias imperpetuum [2]. Et occasione prefate percussionis decreuerunt, quod Iohannes Liganza soluat quinque florenos vngaricales auri puri et iusti ponderis ipsi Xristofero ad festum s. Clementis proxime venturum [3], sub censuris dni rectoris et pena premissa, et quod debent viuere in pace et in securitate mutua inter se, sub eadem pena centum florenorum. Quas sentenciam, pene interposicionem ot decretum partes prefate emologauerunt, susceperuut et approbauerunt. Presentibus Venerabili dno Petro, preposito Sandomiriensi, et Honorabili dno Nicolao de Coprzywnycza et alys, ut in domo.

462. Dni Stanislai de Kanczuga in causa datur terminus Caspari de Przemyslia ad probandum suam intencionem, videlicet quod marcam, quam presentauit dno Stanislao ex parte dni mgri Iacobi, custodis Przemisliensis, dedit in vim solucionis marce minus sex grossos, ipsi Caspari per dnum Stanislaum mutuate. Et datur huiusmodi terminus infra hinc ad quindenam pro omnibus dilacionibus et peremptorie.

463. Die Saturni septima mensis Octobris. Stanislaus, sapiencia, retulit, quia cittauit de mandato dni rectoris mgrum Alber-

---

[1] 7. X. [2] Sic! [3] 23. XI.

tum Thabor, prepositum in Trokij, et Iohannem Szaywnczek de Wrzoncza, studentem, ad instanciam Venerabilis Iacobi Strachoczky, canonici Sandomiriensis, ad horam vicesimam assignans [1]. Et statim Nicolaus de Opatowecz nomine dicti actoris petiuit a dno Szaywnczek marcam cum media pecuniarum, ante vnum quartale anni mutuatam ac expensas litis, iusticia mediante. In presencia ex aduerso dicti dni Saywnczek, qui legitime litem contestandi confessus est, se duos florenos in mutuum a dicto actore recepisse, sub tali tamen condicione, quod ipse actor dictum debitum debuit sibi expectauisse, donec sibi peccunia apportaretur de domo. Et dominus ex confessatis condempnavit eum ad dictorum duorum florenorum et ad litis expensas, terminum vero soluendi pro festo s. Martini [2] prefixit. Et pro residuo iurabit ad octauam. Et in continenti Stanislaus, sapiencia, de mandato domini monuit ipsum Iohannem Zaywnczek, ut predicto termino s. Martini sub pena excommunicacionis [3].

464. Martinus de Xansch citatus est ad instanciam Gregorij, Henrici et Luce, Hungarorum [4], qui in continenti petiuerunt, terminum prorogari ob spem concordie. Et dominus attendens huiusmodi iustam peticionem, terminum continuavit ad primam iuris. Et in continenti dominus inter ipsas partes penam centum marcarum de pace tenenda vallauit, quam penam dicte partes libere emolagarunt.

465. Mgr. Albertus, prepositus [5] de Trokij, ad instanciam dni Iacobi Strachoczkij, canonici Sandomiriensis, pronuncciatur contumax, effectus vero suspenditur ad primam iuris. Presentibus seruitoribus Vniuersitatis.

466. Stanislai de Zbandzschin et Iohannis, baccalarij de Cubaczin, continuatur [6] ad idem faciendum ob spem concordie ad feriam quintam proximam [7] de consensu parcium.

467. Nicolaum de Wroblow, citatum, non comparentem, dominus eum pronuncciauit contumacem, ad instanciam Pauli, apotekarij, et Georgij, pellificis, ciuium de Cracouia. Et dominus decreuit [3].

468. Die Martis xma mensis Octobris. Gregorius, Vngarus, nomine suo et nominibus Henrici et Luce, qui eum constituerunt procuratorem in causa, Martino de Xansch mouenda, cum omnibus clausulis oportunis in forma plena, proposuit contra Martinum de Xansch, quia anno presenti in festo s. Iheronimi [8] in bursa pauperum dixit eis verba probrosa et contumeliosa, videlicet ad singulos verba sua referendo, fili meretricis, Vngare, matrem tuam expedies [3], cuilibet eorum sigillatim improperando. Et his malis non contentus, ipsis proponentibus, de bursa pauperum redeuntibus ad domum suam, secutus est eos, et

---

[1] eis terminum. [2] 11. XI. [3] Sic! [4] In Codice »Hungar*is*«! [5] In Codice: »Mg*rum* Albertu*m*, preposit*um*«. [6] terminus. [7] 12. X. [8] 30. IX.

mala malis accumulans, similia verba et multo plura iniuriatoria, in eos eciam lapidem proiciendo, proferebat, et securim in manibus tenens, usque ad ipsorum habitacionis domum eos sequebatur, ea videlicet securi in ipsos minas faciens, premissa ad iniuriam et infamiam ipsorum faciens illicite et iniuste, quas iniuriam et infamiam vnusquisque proponencium pro parte sua estimat ad centum florenos vngaricales auri puri et iusti ponderis, petens, eum ad premissa et in litis expensas condempnari et ad soluendum condempnata cogi et compelli. Et in continenti idem Martinus de Xansch ex aduerso petiuit terminum ad deliberandum et respondendum libello. Et datur ad feriam 5tam proximam [1].

469. Stanislao Woyewoda de Masowia, cittato, non comparente, ad instanciam Allexij de Poznania dominus pronuncciavit eum contumacem, effectum vero contumacie suspendit ad feriam 5tam [1], et in contumaciam admisit testes ad iurandum.

470. Cristoferus de Oswanczim et Batholomeus de Radzijm, per Allexium de Poznania in testimonium inducti contra Woyewodam, tactis ss. Ewangely scripturis, prestiterunt corporale iuramentum de dicenda veritate. Presentibus etc.

471. Mgro Petro de Zambrecz, prebendario apud s. Albertum in Cracouia, petente, sibi dari terminum pro secunda dilacione in causa, quam habet cum dnis collegiatis Collegij artistarum, et datur terminus ad probandum infra hinc ad quindenam.

472. Nobili dno Przedborio et mgro Georgio Laudamus in causa, inter ipsos vertente, datur vtrisque partibus ad concordandum terminus, ad sabatinum diem [2] eis assignando, alias ad idem faciendum, si pars non consenciet.

473. Die Iouis xija mensis Octobris. Iohannes, sapiencia, retulit, quia cittauit de mandato dni rectoris Stanislaum, baccalarium de Czchow, et Nicolaum de Olzna ad instanciam dni eiusdem. Stanislaus, bacc. de Czchow, et Nicolaus de Olszna, personaliter constituti, obligauerunt se, parere determinacioni et decreto dnorum rectoris et consiliariorum eius in causa incastellacionis domus Ierusalem et violente repercussionis tecti eiusdem Ierusalem feria quinta in crastino Luce proxime venturi [3], sub pena excommunicacionis dni rectoris. Presentibus dnis dribus, mgris et consiliarys protunc eiusdem dni rectoris et alys quam plurimis. Et datur eis in stuba communi Collegy iuristarum.

474. Die Saturni [4] xiiija mensis Octobris. Venerabiles dni mgri Mathias de Cobilyno, professor s. theologie, decanus s. Floriani, et Mathias de Schydlow, personaliter constituti, recognouerunt et

---

[1] 12. X. [2] 14. X. [3] 19. X. [4] In Codice per errorem: »Septembris«!

confessi sunt, quia super omnibus displicencys, rancoribus, controuersys, litibus et eorum occasione per medium Venerabilis mgri Iohannis de Slupcza, s. theologie professoris, canonici Cracouiensis, qui inter eos huiusmodi controuersias, lites, displicencias, rancores mortificauit, sopiuit et extinxit, ipsique prefati mgri fecerunt sibi mutuam reconciliacionem et omnia mutuo sibi pepercerunt. Et mgr. Mathias de Schydlow, prelibatus, habebit prioratum ad ascensum et promociones in domo maioris Collegij artistarum, tam in beneficys quam in habitacionibus domus, iuxta conclusionem, in libro »Conclusionum domus maioris artistarum« scriptam[1]. Presentibus Vener. mgro Iohanne de Poznania, seniore[2] Ierusalem, et Honorabili dno Cristofero, viccario ecclesie maioris Cracouiensis, nec non Honor. dno Nicolao de Coprzywnijcza et alys, ut in domo, testibus fidedignis etc.

(Acta acticata coram rectore Jacobo Szadkoviensi commutatione hiemali anno Dni 1475/76)[3].

476. Die Martis xvija mensis Octobris. Mgr. Martinus citatus est ad instanciam Stanislai Woyewoda de Masouia ad horam vicesimam per Stanislaum, sapienciam, seruitorem Vniuersitatis. Mgro Martino de Cracovia ab vna et Stanislao Woyewoda partibus ab altera vertente[4], datur terminus ad offerendum intenciones suas hinc inde ad diem sabbatinum[5]. Presentibus seruitoribus Vniuersitatis.

477. Nobilis Predborius, ciuis Cracouiensis, morans in platea Columbarum, constituit suum verum et legittimum procuratorem, mgrum Iohannem de Wyeliczka, in causa, quam sibi mouet uel mouere intendit mgr. Georgius Laudamus de Cracouia, dans ipsi omnem potestatem agendi, defendendi, iuramenta quecunque licita faciendi, cum omnibus et singulis clausulis opportunis, prout in meliori plenaque forma. Presentibus, ut in domo.

478. Iacobi Strachoczky, canonici Sandomiriensis, nomine Nicolaus de Opathowiecz petiuit, compelli mgrum Albertum Thabor, prepositum in Trokij, ad soluendum florenos, quos sibi Iacobo debet occasione tunice panni Florentini nigri coloris, aput ipsum empte, quos pro festo s. Michaelis[6] eidem soluere debuit, quod tamen minime fecit, et fecit

---

[1] »Conclusiones antiquae majoris Collegii«, inde ab a. 1432, adhuc in collectione librorum manuscriptorum bibliothecae Jagellonicae sub nro 3853 inveniuntur. [2] bursae. [3] Actorum nri 476—542, Codicis pag. 174—182, 189—193, 278 et 193—194. [4] Sic! [5] 21. X. [6] 29. IX.

eum in litis expensas, iusticia mediante, condempnari. Mgr. Albertus Thabor in continenti, reconueniendo ipsum dnum Iacobum, petiuit similiter, ipsum compelli ad soluendum sex florenos, quos pro ipso fideiussit in apoteca, sed non soluit, item duos florenos, quos soluit Stanislao Czolek pro vino, et in hospicio duos florenos soluit pro expensis circa Ianckula mandato suo, petens, eum per premissa et ad litis expensas condempnari. Et in continenti dicte partes hinc inde animo legitime litem contestandi, negarunt narrata, prout narrantur, petentes, petita fieri non debere, Nicolao deferente suo iuramento. Qui quidem huiusmodi mgr. Albertus vitando huiusmodi iuramentum delatorium, allegauit, dictos quatuor florenos pro ipso dno Iacobo soluisse realiter et cum effectu, quod decreto domini probabit ad octauam peremptorie. Presentibus dnis sapiencys et alys, ut in domo.

479. Die Iouis xix Octobris. Margarethe, pistricis, in causa Iohannes, sapiencia, retulit, quia cittauit mgrum Iohannem de Opathowiecz ad videndum iurare testes, Mathiam, baccalarium de Wylczyno, ad perhibendum testimonium veritati in causa inter dictam Margarethan, pistricem, et mgrum Iohannem de Pnyewij. Et datur terminus[1]. Margaretha predicta accusauit contumaciam Nicolai Opathowicz, procuratoris mgri Iohannis de Pnyewy, et dominus pronuncciauit eum contumacem et in contumaciam ipsius admisit testem ad iurandum, et iurabit feria quinta post Luce[2].

480. Nicolao, baccalario de Olauia, et Nicolao de Olsna dnus prorogauit eis terminum ad feriam sextam in vigilia Symonis et Iude[3] ad parendum presencie dni rectoris, sub pena excommunicacionis. Presentibus seruitoribus Vniuersitatis.

481. Dni Stanislai de Canczuka in causa Stanislaus, sapiencia, retulit, quia cittauit Discretum Caspar de Premysslia ad feriam quintam proximam[4] pro hora vicesima ad audiendum contra eundem ferri sentenciam, in eum latam. Dno Stanislao et Caspari de Primislia datur terminus ad feriam terciam proximam[5] ad idem faciendum.

482. Die Lune xxiij[6] Octobris. Iohanni, baccalario de Casimiria, et mgro Caspari de Dambnow ob spem concordie datur terminus in vigilia Omnium ss.[7] ad horam vicessimam secundam. Presentibus testibus etc.

483. Die Martis xx4 Octobris. Stanislai, viccarij apud Omnes ss., in causa Iohannes, sapiencia, retulit, quia cittauit de mandato domini Casparem de Premislia ad audiendum ferri sentenciam. Xristi nomine invocato etc. Discreti Stanislai de Canczuga in causa dnus rector pronuncciauit, ipsum Caspar de Przemislia, studentem Cra-

---

[1] »Et datur terminus« deletum. [2] 19. X? [3] 27. X. [4] 19. X. [5] 24. X [6] In Codice »xxj«. [7] 31. X.

couiensem, ex confessatis debitum esse dicto Stanislao marcam minus sex grossos, et ad solucionem ipsius realiter faciendam condempnauit, litis expensas hinc inde compensando.

484. Alberti Thabor etc. ad instanciam Stanislaus, presbyter de Canczuga, de mandato domini retulit, se citasse Honestam Annam Ianckwlina et Iacobum, famulum dni Thome, apothecarij de Cracouia, ad perhibendum testimonium veritatis inter ipsum Albertum, reum, ex vna, et Iacobum Strachoszkij, canonicum Sandomiriensem, actorem, partibus ab altera, nec non Nicolaum de Opathowiecz, ipsius procuratorem, ad videndum et audiendum huiusmodi testes iurare, terminum ipsis ad horam presentis diei assignando. Citatos ad perhibendum testimonium, Iacobum et Annam, supradictos, dominus pronuncciauit eos contumaces, ipsique mgro Alberto processus excommunicatorios, ad feriam sextam proximam[1] legittime executos, contra dictos testes reportare et iudicialiter reproducere decreuit, et in defectu reposicionis decernenda decernet.

485. Alberti et Nicolai, Vngarorum, terminus ad feriam secundam[2] alias ad octauam ob spem concordie fiende continuatur.

486. Mgri Petri[3] de Zambrecz[4] in causa idem, reproducta cittacione, produxit certas litteras, utpote presentacionem, cridam et investituram, auscultantes ad prebendam s. Adalberti, nec non certam cartam particulas priuilegiorum incorporacionis prebende predicte et domus Collegij maioris artistarum produxit, et in vim probacionis sue repecyt dicta priuilegia Statutumque Vniuersitatis aput dnum rectorem habita, cuius Statuti copiam auscultatam eciam produxit, et notarius in auscultacionibus suam manum recognouit, petens, in causa concludi. Presente ex aduerso Iohanne de Welyczka, procuratore, qui, impediendo conclusionem, petiuit pro secunda dilacione ad probandum terminum dari. Et dominus pro eadem secunda dilacione terminum ad quindenam assignat. Et nichilominus idem procurator protestatus est de excipiendo contra huiusmodi producta loco et tempore suis.

487. Iouis xxvj Octobris. Iacobi Strachoczskij ad delacionem, per Nicolaum de Opathowiecz, procuratorem suum, factam, mgr. Albertus Thabor, prepositus in Trokij, iurauit, quod soluit duos florenos Anne Iankwlyna pro expensis, per ipsum Iacobum factis, et alios duos Stanislao Czoleck occasione vini, per ipsum Iacobum ad prestam[5] ebibiti, quos quidem florenos ad mandatum ipsius dni Iacobi, sicut premissum est, persoluit. Quo facto dominus ipsum Albertum ab instancia dicti Iacobi absoluit, sibique perpetuum silencium imposuit. Presentibus ibidem Stanislao Czoleck et Anna Iankwlina Iohanneque et Stanislao, sapiencys. Et in continenti dnus rector penam centum florenorum vallauit et imposuit, ut ipse Albertus dictum Nicolaum de Opatowiecz nec verbis nec

---

[1] 20. X. [2] 30. X. [3] Świętopełk. [4] alias de Nieznanowice. [5] Sic!

factis inquietet. Et nichilominus ipsa Anna Iankulina et dictus Stanislaus Czolek ipsum dnum Iacobum Strachoczskij a solucione dictorum quatuor florenorum quitarunt.

488. Nicolao Olsna prorogauit sibi[1] terminum ad sabbatinum diem proxime venturum post Omnium ss.[2] hora xxj ad idem faciendum, sub pena excommunicacionis.

489. Lune xxx Octobris. Iohannes, sapiencia, ex confessatis obligat se soluere et debere marcam cum media et vnum florenum, quem Andree de Costen infra hinc et festum Epiphanie Dni[3] sub censuris dni rectoris dicto Stanislao[4] soluat realiter et cum effectu.

490[5]. Vltima mensis Octobris[6].

491. Veneris iij mensis Nouembris. Bartholomeus, studens de Radzym, proposuit contra Iohannem Szayanczyecz[4], quia comodauit sibi librum, continentem »Secundam Secunde« b. Thome de Aquino, in pergameno scriptum, in valore octo florenorum vngaricalium, quem, frequenter monitus, restituere sibi recusauit, petens, eundem ad restitucionem dicti libri, alias ad solucionem valoris sui, videlicet octo florenorum, et ad litis expensas condempnari, sentencia mediante. Ex aduerso Iohannes Sayanczeczk[4] in continenti animo legittime litem contestandi confessus est, sibi librum esse comodatum, ut proponitur, et eundem in tribus florenis et decem et octo grossis obligasse, sed pro hac vice eundem redimere propter carenciam pecuniarum non posse, velleque libenti animo ipsum redimere, quamprimum sibi de domo pecunie portarentur, et restituere Bartholomeo, supradicto actori. Dominus autem ex confessione ipsius Iohannis condempnauit eum ad restitucionem libri, alias ad solucionem viij florenorum realiter et cum effectu, et restituet aut valorem soluat, ut refertur, infra hinc ad festum Natiuitatis Xristi proxime venturum, sub censuris.

492. Honorabilis dni Iohannis in causa, decani Sandecziensis, Stanislaus, sapiencia, retulit, quia cittauit Iohannem Szayanczecz[4] ad horam vicessimam.

493. Die Saturni quarta Nouembris. Venerabilium dnorum drum et mgrorum domus Collegij maioris artistarum in Cracouia ad instanciam dnus Nicolaus de Balynij, actu presbyter, de mandato domini compulit Stanislaum, sapienciam eiusdem Study Cracouiensis, ad reponendum certa priuilegia et Statuta Vniuersitatis et domus eiusdem Collegij maioris, causam inter ipsos dnos dres et mgros ab vna et dnum mgrum Petrum de Zambrecz, partibus ab altera, motam, tangencia. Qui compulsus, reposuit duo priuilegia sub titulo et sigillo olim Reverendi patris Sbignei[7], cardinalis Sedis apostolice et episcopi Cracouiensis,

---

[1] dnus rector. [2] 4. XI. [3] 6. VI 1476. [4] Sic! [5] Nrus 490 deletus. [6] 31. X. [7] Oleśnicki.

incorporacionem certorum censuum pro bursa pauperum[1] et certe collegiate minoris Collegij in se continentem[2], aliam vero eiusdem dni Sbignei, tunc episcopi Cracouiensis et sigillo eiusdem rotunde figure fundacionem et incorporacionem et ereccionem altaris ss. apostolorum[3] et ewangelistarum[4], in castro Cracouiensi siti, concernentem[5], nec non duo Statuta et »Conclusiones« eiusdem domus[6] maioris ac Vniuersitatis produxit in duobus voluminibus asserum in presencia eorundem[4] Iohannis de Weliczka, procuratoris dictorum dnorum drum et mgrorum, qui huiusmodi duo priuilegia et Statuta et »Conclusiones« domus, nec non speciales »Conclusiones« Vniuersitatis[7], apud dnum rectorem habitas, in vim probacionis racionum et aliarum sue partis intencionum reproduxit, in quantum pro sua et contra partem aduersam faciunt ac facere videntur, et non alio modo. Quo facto ac in continenti dni Cristoferus, viccarius perpetuus ecclesie kathedralis Cracouiensis, et Nicolaus de Byalyny, per prefatum Stanislaum, sapienciam, de mandato domini citati, ac ipse ex aduerso principalis, mgr. Petrus, recognouerunt medys eorum iuramentis, sigilla et scripturas dictorum priuilegiorum fore illorum, quorum esse dicuntur, similiterque et Statuta »Conclusionesque« fore domus Collegij maioris artistarum et qui illis inhabitantes vtuntur, petentesque, easdem litteras ac Statuta et »Conclusiones« pro recognitis per dominum haberi. Et dominus habuit pro recognitis, presente mgro Petro de Zambrecz, ad premissa per eundem executorem citato, qui protestatus est de excipiendo loco et tempore suis contra huiusmodi priuilegia, Statuta ac »Conclusionibus« reproductis[4]. Presentibus dno dre Mathia de Costan, Nicolao de Balynij et Vrbano, notario dni Vapowskij, testibus ad premissa. Tandem mgr. Petrus predictus, reproducta cittacione contra testes ad recognoscendum certas suas litteras presentacionis dni Mathie de Blandow et cride eiusdem ut viccarij, nec non investiture sub titulo et sigillo Venerabilis dni Petri Wapowsky de Radochwncza et tunc in spiritualibus viccarij Cracouiensis, prebendam s. Adalberti, in medio circuli Cracouiensis sitam, concernentes. Et statim dni Nicolaus de Balynij et Vrbanus et Stanislaus, sapiencia, predicti, medys eorum iuramentis recognouerunt sigilla et scripturas illorum, quorum esse dicuntur, quas quidem litteras idem mgr. Petrus in vim probacionis sue intencionis eciam reproduxit, presente dicto Iohanne de Welyczka, ex aduerso procuratore, per predictum Stanislaum, sapienciam, citato, qui similiter protestatus est de excipiendo loco et tempore suis. Presentibus eciam testibus.

494. Mgro Andree de Gora et ceteris, ad instanciam suam citatis, datur terminus ad feriam sextam proximam ante festum Martini[8] ad idem faciendum, propter absenciam domini.

---

[1] Jerusalem. [2] dd. Cracoviae, 15. V 1454. Pauli, Codex Univ. Crac., II 156—159. [3] Jacobi, Simonis et Judae. [4] Sic! [5] dd. Cracoviae, 7. X 1448. Pauli, u. s., II 98—101. [6] Cf. nrum 474. [7] »Conclusiones Universitatis Cracoviensis« inde ab a. 1441, adhuc in collectione librorum manuscriptorum bibliothecae Jagellonicae sub nro 3821 inveniuntur. [8] 10. XI.

495. Margarethe, pistricis, et Nicolai de Opathowiecz in causa, citatis [1] per Iohannem, sapienciam, ad horam vicessimam ad videndum et audiendum produci certam obligacionem, apud acta dni rectoris repositam, in vim probacionis intencionis sue, per mgrum Iohannem de Pnywij [1] factam ad actaque repositam de anno dni mccccIxxijo tercia mensis repositam [1], quam obligacionem ipsa Margaretha mox et in continenti in vim intencionis sue probacionis verbo reproduxit, petens, ut in ipsa proposicione continetur, in presencia dicti Nicolai de Opathowiecz, ad ipsam obligacionem verbo excipientis et dicentis, ipsam obligacionem non posse releuare ipsam Margarethan ex eo, quia ipsa obligacio sub condicione, que nondum euenit, nam et modo ipse mgr. Iohannes de Pnyewij nullum beneficium nec aliquod temporale dominium fuit et est assecutus [1]. Ideo non tenetur satisfacere ipsi obligacioni, nam alias nunquam habuisset expensas aput ipsam Margaretam, si non debuisset sibi expectauisse satisfaccionem ad pingwiorem fortunam, ad alia vero generaliter contradicendo. Et dominus ad fferiam sextam proximam [2] faciet [3] facienda et pronuncciabit [4] voluntatem suam.

496. Die Martis vij Nouembris. Predborij, consulis de Cracouia, ad instanciam Stanislaus, sapiencia, retulit, se citasse de mandato domini mgrum Georgium Laudamus ad procedendum vlterius in in [1] causa, inter eos mota, alias ad videndum et audiendum voluntatem domini super deductis eorum pronunciari et ea fieri et decerni, que iuris sunt, terminum sibi pro hora vesperorum huius diei sibi [1] assignando. Presente mgro Nicolao de Opathowiecz et predicto mgro comparante [1], et similiter interloqui petente, et dominus presentibus dictis, principali et procuratori, terminum ad idem faciendum continuauit ad octauam. Presentibus testibus, ut in domo.

497. Die Iouis ix Nouembris. Stanislai de Canczuga, presbiteri, in causa et [1] Iohannes, sapiencia, retulit, quia cittauit Casparem de Przemislia ad instanciam supradicti actoris hodie ad horam vicessimam secundam. Et dominus ex certis causis, animum suum mouentibus, prefigit terminum ad feriam quintam infra octauas Martini [5] ad idem faciendum.

498. Die xj Nouembris. Dnus rector mgrum Nicolaum de Iaroslaw pronuncciauit eum [1] contumacem, quia non iurauit decisorie, prout in proposicione sua decisit.

499. Die Martis xiiij Nouembris. Margarethe, pistricis de Cracouia, in causa Iohannes, sapiencia, retulit, quia cittauit mgrum Nicolaum de Opathowyecz ad ferendum sentenciam ad horam vicesimam.

500. Mgro Caspari de Dambnow et Iohanni de Kazimiria datur terminus infra hinc ad quindenam ob spem concordie habende.

---

[1] Sic! [2] 10. XI. [3] In Codice »faciat«, sic! [4] In Codice »pronunciauit«, sic! [5] 16. XI.

501. Predbory, consulis de Cracouia, ex vna et mgri Georgij [1], partibus ab altera, causa. Dominus proprio motu, presentibus Iohanne de O.[2] et An. de Ob., procuratoribus parcium predictarum, terminum ad hoc cadentem continuauit ad idem faciendum ad octauam. Presentibus testibus, ut in domo.

502. Ingeniosum Iohannem Zayawnczek [3], citatum ad instanciam Bartholomei de Radzim, qui parere minime curauit, dominus pronunciauit eum contumacem.

503. Nicolao de Olsna ob spem concordie datur terminus alias ad idem faciendum ad Sabbatum proxime venturum [4] ad horam vicesimam.

504. Iouis xvj mensis Nouembris. Iohannis, pellicis [3] de Cracouia, in causa Stanislaus, sapiencia, retulit, quia cittauit mgrum Iohannem de Oswanczim [5] ad horam vicesimam. Honorabilis mgr. de Oszwanczim, collegiatus minoris Collegy collegiatus [3], personaliter constitutus, recognouit, se debere et teneri Provido Iohanni Iankula, ciui Cracouiensi, nouem florenos communis monete pro pellicea wlpina, aput eum empta, quos obligauit se soluere pro festo Epifaniarum proxime venturo [6] sub censuris. Presentibus dnis Stanislao de Canczuga, viccario ad Omnes ss., et Stanislao, seruitore Vniuersitatis.

505. Saturni xviij Nouembris. Dnus rector et consiliarij sui personaliter constituti, compromiserunt in Venerabilem mgrum Mathiam de Cobilino, s. theologie professorem, et mgrum Stanislaum Cobileynskij, decretorum drem, mgrum Iohannem de Tost, item mgrum Iohannem de Os.[7], de alto et basso in causa sedicionis cuiusdam in domo Ierusalem in Cracouia, per ipsum Nicolaum Olsnam factam [3], et super omnibus alys displicencys, differencys, litibus. Et in continenti prefati dni vigore dicti compromissi interposuerunt penam decem florenorum, per partem contravenientem parti tenenti soluentem [3], et per suam arbitralem sentenciam decreuerunt, ordinauerunt, pronuncciauerunt, prefatum Nicolaum de Olsna debere pro suis excessibus in prefatam domum Ierusalem et in dnum rectorem, provisorem domus eiusdem, factis, soluere duos florenos vngaricales, sub censuris dni rectoris et pena premissa, et quod reconciliacionem verbalem humiliter faciat hic dno rectori. Quam sentenciam arbitralem emologauerunt vtrique parti, et soluat per quindenam prefatos duos florenos.

506. Iouis xxiij Nouembris. Mathie de Lanczhut, actoris, in causa Stanislaus, sapiencia, retulit, quia cittauit Mathiam de Lanczhut ad horam vicesimam primam, quo non comparante [3], dnus pronuncciauit eum contumacem.

---

[1] Laudamus de Cracovia. [2] Opatowiec. [3] Sic! [4] 18. XI. [5] Sacrarum. [6] 6. I 1476. [7] de Oświęcim Beber?

507. Cristi nomine invocato, solum Deum pre oculis habentes, pro tribunali sedentes, per hanc nostram sentenciam diffinitiuam, quam de iuris peritorum[1] ferimus in his scriptis, dicimus, pronunciamus, decernimus, mgrum Iohannem de Pnyewij debere et teneri duodecim florenos vngaricales, racione obligacionis, apud acta dni rectoris reposite, ipsumque ad huiusmodi duodecim florenorum solucionem condempnari fore, et condempnamus et ad litis expensas, quarum taxacionem nobis in posterum reseruamus[2].

508. Martis xxviij Nouembris. Iohannes, sapiencia, retulit, quia cittauit Iohannem de Yaschiel ad instanciam Nicolai de ibidem, terminum sibi ad horam xxj assignans.

509. In causa Philippi et Mathie de Trenczin et Swantoslai de Czijrlijn datur terminus vtrisque ad quindenam. Presentibus.

510. Mgro Caspari[3] in causa, que vertitur inter ipsum et Iohannem de Kazimiria, dominus assignauit vtrique terminum ad hodie ad quindenam.

511. Die Martis xij Decembris. Iohannis Weyrich in causa Iohannes, sapiencia, retulit, quia citauit mgrum Albertum Tabor, prepositum in Trokij, ad instanciam suam terminum sibi ad horam xxij assignando. Iohannes Wynrich, aurifaber de Cracouia, proposuit contra mgrum Albertum Thabor, prepositum in Trokij, quia obligauit se ipsi, prefato Iohanni, soluere decem et nouem florenos pro Nobili Szyenkone de Lithwania ad festum Natiuitatis Xristi proxime venturum et in actis rectoris Vniuersitatis ante festum Assumpcionis proxime preteritum[4] inscripsit. Item, quia debet sibi marcam communis peccunie et duos florenos cum medio, quos eciam ad prefatum tempus Natiuitatis Xristi se soluturum obligauit sub censuris. Ex aduerso autem prefatus dnus Albertus Thabor, animo legitime litem contestandi, confessus est, prefatos xix florenos, marcam et duos florenos cum medio debitum esse et obligatum prefato Iohanni, ut proponitur, ad quorum solucionem dominus ipsum sentencialiter condempnauit pro festo Cricumcisionis[5] soluturum.

512. Dominus sentencialiter condempnauit Iohannem, baccalarium de Cazimiria, in vna marca, quam debet et tenetur occasione deformacionis certorum sexternorum libri »Pantheologie«[6] ipsi mgro Caspari de Dambnow. Et peramplius prefatum bacc. absoluit et liberum mittit de et a[7] sallario absoluit dictus[7] bacc. occasione illuminatvre[7] mgrum Caspar. Quam marcam obligauit se infra hinc ad vnum mensem soluere, sub censuris dni rectoris.

---

[1] arbitrio. [2] Alia adscriptum manu, sed deletum: »Et nichilominus protunc prefati mgri (sic!) nomine suo verbo generaliter insumat (sic!) appellacionem«. [3] Dambnovitae. [4] ante 15. VIII. [5] 1. I 1476. [6] Auctore de Pisis Reynero. [7] Sic!

513. Nicolao et Iohanni de Yaschiel datur terminus prima die iuris post Epifaniarum[1] ob spem concordie alias ad idem faciendum, si et in quantum concordiam non attemptauerint.

514. Die Martis decima sexta[2] mensis Ianuarij anno Dni millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto. Vniuersitatis domus Collegij maioris artistarum in causa, per mgrum Petrum de Zambrzyecz eidem mota, Venerabiles dni Stanislaus de Brzezijne, professor s. theologie, et mgrj Clemens de Gambycze et Andreas de Lyabyschino, collegiati illius domus, ipsorum et suorum litis consortum nominibus cauendo de eorum rata habicione contra mgrum Petrum prefatum constituerunt ex superhabundanti in eadem causa mgrum Iohannem de Welyczka in suum procuratorem ad agendum, defendendum, litem contestandi, iuramentum calumpnie prestandum et alia necessaria faciendum, ratificantes nichilominus actus et terminos, per dictum procuratorem nomine dictorum collegiatorum in eadem causa expeditos, alias in forma meliori.

515. Andreas de Smijgijel petiuit a dno Iohanne, baccalario de Costan, tria volumina, videlicet duos Allexandros[3], vnum cum notatis et alterum de simplici textu, tercium vero »Cirometralem« et »Algorismum« in se continens[4], valoris singula singulis computando vnius sexagene, per ipsum, ut dicebat, per eundem[4] bacc. a quinque annis citra uel vltra precendentibus in Costan absque aliquo iure receptis[4] et apud eum expost habitis et visis, petensque, eundem ad id restituendum cum condemnacione litis expensorum[4] per dominum condempnari et cogi. Presentibus, ut in domo. Presente dicto bacc., qui confitendo, se vnum Allexandrum simplicis textus ab eodem actore recepisse, alia autem narrata negauit, prout narrantur. Et dominus dictum Allexandrum restituere, alias ipsius valorem, iuramento dicti actoris firmandum, decreuit soluere hinc ad quindenam, super negatis vero datur ad probandum uel iuramento rei deferendum ad terminum prenominatum.

516. Die Martis xxx Ianuarij. Andree de Smijgel et Iohanni, baccalario de Costan, ob spem concordie datur terminus infra hinc ad tres septimanas. Presentibus, ut in domo.

517. Mgr. Iohannes de Oszwanciam[5] recognouit, se citasse[4] per mgrum Stanislaum, sapienciam, de mandato dni rectoris ad horam vicesimam ad instanciam Honorabilis dni Nicolai, plebani in Raczlawicze. Eisdem, prefato mgro Iohanni de Oszwanczim et Nicolao, plebano in Raczlawicze, datur terminus ad feriam terciam proximam post dominicam Invocauit[6]. Presentibus dno Xristofero de Dembowdzal, viccario perpetuo ecclesie kathedralis Cracouiensis, et dno Nicolao de Koprzywnycza et alys, ut in domo.

---

[1] post 6. I 1476. [2] In Codice »septima«. [3] Alexandri Galli »Doctrinalia«. [4] Sic! [5] »Oszwanciam«, sic! [6] 5. III.

518. Martinus, rector scole de Skawina, presente ex aduerso Stanislao, reo, rectore in Rupella[1], citatus ad instanciam Iohannis de Kazimiria. Qui dictus Martinus iurauit dicere veritatem in causa inter dictum Stanislaum, rectorem apud s. Stanislaum in Rupella, et Iohannem, baccalarium de Kazimiria. Et dicet, prout interrogetur, in forma.

519. Dorothee, vidue de Cracouia, in causa Stanislaus, sapiencia, retulit, quia cittauit mgrum Nicolaum Micka ad instanciam suam hodie ad horam vicesimam primam. Dominus terminum dictis[2], Dorothee et Nicolao Mika, assignauit ad diem sabbatinum[3]. Et nichilominus prefata Dorothea proposuit contra mgrum Nicolaum de Schandecz, quia comodauit sibi balneamen de tela Swabskije in valore vnius sexagene; monitus soluere recusat. Item proposuit contra eum, quia ad peticionem suam, scilicet mgri, comodauit sibi annulum in valore duorum florenorum, quem monitus soluere recusat, quem anulum bona fide restituere non curauit, petens, eum ad premissorum solucionem, alias ad restitucionem, si supersunt, mediante sentencia diffinitiua, et ad litis expensas condempnari. Mgro Honorabili dno Nicolao de Coprzywnicza, procuratore dicti mgri, petente terminum ad deliberandum, et dominus concessit ad Sabbatum, ut supra. Presentibus, ut etc.

520. Die Saturni iij[4] Ffebruarij. Mgr. Nicolaus de Schandecz, personaliter constitutus, recognouit, se habere certas attestaciones, causam concernentes super bonis prepositure hospitalis s. Spiritus in Premisslia, apprehensus per Honorabilem dnum Iacobum, prepositum eiusdem ac successorem legitimum, qui iuxta obligata in actis dni administratoris Premisliensis, dictum mgrum pro redimendis huiusmodi attestacionibus vna media marca contentauit contentumque fecit, et ipse sic contentatus compromisit easdem copias attestacionum reponere in manibus dni rectoris more solito et consueto, circa talia seruato. Et nichilominus, ut nulla parcium habeat suspicionem super expediendis huiusmodi attestacionibus, ambe partes curabunt compulsoriales litteras expedire in et contra notarium prefatum. Presentibus dno Nicolao de Coprzywnycza et Stanislao, sapiencia Vniuersitatis, et alys, ut in domo.

521. Mgr. Nicolaus[5] de Schandecz ad proposicionem Dorothee, mulieris de Cracouia, animo legittime litem contestando, negauit narrata, prout narrantur, petens, petita fieri non debere. Et nichilominus petiuit, ipsam compelli ad prestandum iuramentum calumpnie, quod non maliciose petit contenta in proposicione. Et dominus, attento vigore iuris, admisit ad probandumque dedit.

522. Die Iouis viij Ffebruarij. Dnus rector monuit mgrum Petrum[6] de Zambryecz[7], s. Adalberti prebendarium, ut dimittendo hospicia et mansionem inter homines seculares, maneret in Collegio

---

[1] Kazimiriae ad Cracoviam. [2] In Codice »dict*orum*«. [3] 3. II. [4] In Codice »iiijta«. [5] Mika. [6] Świętopełk. [7] alias de Nieznanowice.

minori. Ipse autem mgr. Petrus protestatus de obediendo dno rectori timore periury, seque igressurum in minus Collegium et ingredi velle, saluo iure suo, quod habet ad maius Collegium, et sine preiudicio iuris eiusdem, ac citra approbacionem cuiuscunque iuris seu conclusionis uel Statuti, in oppositum predicto iuri suo laborantis, proposuit, non tamen sub forma minoris collegiati, ibidem in Collegio minori mansurus. Presentibus dno Nicolao de Coprzywnycza, psalterista ecclesie maioris Cracouiensis, et Stanislao, seruitore Vniuersitatis, et alys, ut in domo.

523. Saturni x Ffebruarij. Mgri Petri de Zambrzyecz ad instanciam dnus Stanislaus, baccalarius de Cracouia, de mandato domini compulit Iohannem, seruitorem Vniuersitatis Cracouiensis, ad reponendum certum priuilegium, ut apparebat incorporacionis prebende s. Adalberti in Cracouia sub titulo et sigillo olim dni Alberti[1], episcopi Cracouiensis, et Statuta Vniuersitatis in pergameno et in asseribus alba cuthe connexis, et signanter statutum in quinto folio circa finem super huiusmodi prebendam seu prebendarium inseruiens, compulit. Qui sic compulsus ea reposuit in presencia dicti mgri Petri, et innittendo priori produccioni omni, tam dictum priuilegium, quam huiusmodi statutum ex superhabundanti reproduxit et concludi petiuit ea intencione, in quantum pro ipso et sua intencione faciunt et facere videntur ac contra partem aduersam. Presente ex aduerso Iohanne de Weliczka, procuratore, qui similiter repetendo omnia pro sua parte verbo generaliter contra omnia producta dicti mgri Petri, notas et acta eo modo, quo supra, utpote unquam contra suam partem facere videntur, contradixit, et concludi petiuit in causa. Et dicto mgro Petro similiter verbo generaliter contradicente et eciam concludi petente, et dominus dictis, principali et procuratore instantibus, in causa conclusit et pro concluso ac pro recognitis huiusmodi privilegio et Statutis[2] habuit. Presentibus mgro Andrea de Lyabischin, preposito domus maioris Collegij artistarum, et dno Nicolao de Coprzywnycza, psalmista Cracouiensi.

524. Die Lune xij Februarij. Iohannes, pellifex, cittatus ad instanciam Dorothee de Cracouia super dicenda veritate in causa, inter mgrum Nicolaum[3] et dictam Dorotheam vertente. Ipse autem Iohannes prestauit legittimum iuramentum super his omnibus et actu iurauit.

525. Georgij Lithwani in causa, studentis, Stanislaus, sapiencia, retulit, quia cittauit de mandato dni rectoris mgrum Iohannem de Lithwania, canonicum Wilnensem, ad instanciam eiusdem Georgij Lithwani ad horam vicesimam secundam. Et partes hinc inde intenciones in scripto producent, et dabunt ab hodie die Sabbati proximo[4].

526. Die Martis xiij Ffebruarij. Symonis, sartoris, in causa Stanislaus, sapiencia, retulit, quia cittauit mgrum Mathiam, pellificis

---

[1] Jastrzębiec de Rytwiany. [2] Sic! [3] Mika. [4] 17. II.

de Cracouia, ad instanciam eiusdem, terminum sibi ad hodie ad horam vicesimam primam assignando. Mgrum Mathiam, citatum, non comparentem, dominus pronunciauit contumacem. Presentibus seruitoribus Vniuersitatis.

527. xiiij Ffebruarij. Mgr. Petrus de Zambrzyecz, collegiatus prebende s. Adalberti, protestatus est, quod metu censurarum ecclesiasticarum, per dnum rectorem contra ipsum fulminandarum, ac periurij timore iam hodie ad mandatum dni rectoris intrat domum Collegij minoris, eandem inhabitaturus, saluo tamen iure, quod habet ad Collegium maius, ac sine preiudicio iuris eiusdem ac citra approbacionem cuiuscunque iuris Statuti vel conclusionis, in oppositum suo predicto iuri laborantis. Et petiuit a me, notario publico, super hoc instrumenta fieri oportuna[1]. Presentibus Stanislao de Wyszoczko, Mathia de Dzyaloschycze et alijs, ut in domo, ad premissa vocatis.

528. Die Iouis xv. Actrice Dorothea comparante recedenteque ab vlterioribus probacionibus, detulit iuramento ipsi reo, videlicet mgro Nicolao[2], ad quod dominus compulit ipsum mgrum Nicolaum, quod balneamen non comodauit, nec anulum ab ea recepit. Qui in continenti iurauit super premissis, et dominus eundem ab impedicione absoluit, ipsique actrici perpetuum silencium imponendo, hinc inde expensas compensando.

529. Die xvij Februarij anno Dni millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto. Georgius Lithwanus contra Honorabilem mgrum Stanislaum Lithwanum, canonicum Vilnensem, suum constituit procuratorem mgrum Nicolaum de Opathowiecz, presentem, cum potestate substituendi ad agendum, defendendum in forma meliori. Presentibus Stanislao, sapiencia, et Nicolao[3], presbitero, psalmista, et alijs.

530. Die xx Ffebruarij. Andreas, studens Cracouiensis de Glogowia, et Dorothea, mulier de Poznania, Cracouie manens, personaliter constituti, confessi sunt et recognouerunt, occasione certarum discordiarum et controuersiarum se fecisse talem concordiam, quod prefatus Andreas, parcendo sumptibus et expensis et propter bonum pacis, obligauit se predicte Dorothee soluere unam marcam pecunie communis, cuius marce mediam marcam ad feriam sextam[4] et residuam mediam marcam ad festum s. Stanislai[5] proxime venturas[6] soluat efficaciter et cum effectu, sub censuris dni rectoris; controuersias quoque predictas et lites, inter se quomodolibet exortas, sopiuerunt et extinxerunt ita, quod vnus alterum non debet pro dictis discordys aliquo modo impetere et vexare et premissa inviolabiliter obseruare, sub pena decem florenorum.

---

[1] »Et petiuit ..... fieri oportuna« deletum. [2] Mika de Sandecz. [3] Koprzywnicensi. [4] 23. II. [5] 8. V. [6] Sic!

531. Die vicesima prima Ffebruarij. Andreas de Glogowia, personaliter constitutus, soluit realiter et cum effectu mediam marcam in presencia dni rectoris Dorothee de Poznania, residuum autem soluat, ut ut[1] supra in obligacione sua continetur.

532. Saturni vigesima quarta[2] Ffebruarij. Generosus et disciplinatus Iohannes Liganza, studens Cracoviensis, personaliter comparens, soluit Cristoforo Zathorsky[3], studenti Cracouiensi, quinque florenos, et satis sibi fecit de summa quinque florenorum, ad quam fuit per suprascriptos arbitros summatus et condempnatus[4]. Et prefatus Xristoferus confessus est et recognouit, sibi satisfactum de quinque florenis in numerata pecunia, per ipsum realiter et cum effectu leuata. Presentibus Nicolao de Opathowiecz, procuratore causarum, Georgio Lithwano, Bartholomeo de Radzym, Stanislao et Iohanne, sapiencijs. Et tunc in continenti quittauit eum de huiusmodi quinque florenis suprascriptis.

533. Iovis xxix Februarii[5]. Georgij de Lithwania, studentis huius Vniuersitatis, ad conuencionalem mgr. Stanislaus, canonicus Wilnensis, et Nicolaus de Opathowiecz nomine dicti Georgij ad reconuencionalem libellos[1] hinc inde, salua ineptitudine ipsorum, animo legitime litem contestandi, negarunt narrata, prout narrantur, petentes, hinc inde petita fieri non debere. Et datur ad articulandum ad feriam terciam proximam[6]. Presentibus.

534. Die Martis vta Marcij. Georgij, studentis, et mgri Stanislai, Lithwanorum, terminus ad hodie cadens de consensu parcium ob spem concordie fiende pro feria tercia[7], alias ad octauam hora xxj, hic coram domino celebrande, subducitur, alias in defectu concordie ipse partes ad idem faciendum alias ad articulandum, si voluerint, hinc inde concitabunt[1].

535. Saturni ix mensis Marcij. Mgri Iohannis de Poznania, senioris burse Ierusalem, in causa Stanislaus, sapiencia, retulit, quia cittauit Iohannem, baccalarium Schamotuli, ad horam vicessimam, presentibus. Et eodem Iohanne, bacc., non comparante[1], dominus pronunciat eum contumacem, effectum vero contumacie dominus suspendit ad tempus beneplaciti sui.

536. Saturni xvj[8] mensis Marcij. Stanislaus, sapiencia, retulit, quia citauit Iohannem, baccalarium Wolnij de Cracouia, ad instanciam Discreti Nicolai, bacc. Barthnyczskj, hodie ad horam xxij, et nichilominus procuratores dictorum bacc. petiuerunt terminum ipsis dari et[9] differi. Et dominus decreuit hinc ed octauam, et ibidem de mandato hinc inde docebunt. Presentibus, ut in actis.

---

[1] Sic! [2] In Codice »tercia«. [3] de Oświęcim. [4] Cf. nrum 461. [5] In Codice »ij Marcij«. [6] 5. III. [7] 12. III. [8] In Codice »xvij« [9] »dari et« deletum.

537. Martis xix[1] Marcij. Andreas de Balth, personaliter constitutus, recognouit, se debere Leonardo de Teca viginti sex grossos, occasione mutui, quos obligauit se soluturum ad dominicam Iudica[2]. Item dominus obligauit se duos florenos vngaricales, quos in via per suam negligenciam perdidit, ab amicis Leonardo missos, soluturum ad festum s. Michaelis proxime venturum[3], et ad quorum solucionem dnus rector ipsum Andream sentencialiter condempnauit, premissa implebit sub censuris dni rectoris. Presentibus Iohanne, sapiencia, et alijs, ut in domo.

538. Saturni xxiij[4] Marcij. Iohannes, baccalarius, dictus Wolnij de Cracouia, constituit suum verum et legitimum procuratorem, Honorabilem dnum Albertum de Mogijlno, mensenarium[5] capelle b. Virginis ecclesie kathedralis Cracowiensis, in causa, quam sibi mouet et mouere intendit Nicolaus Barmyczskij[6], bacc. arcium, dans sibi omnem potestatem agendi, defendendi, iuramenta quecumque faciendi, cum singulis clausulis opportunis, prout in meliori plenaque forma. Presentibus, ut in domo. Nicolaus Barthnyczskij[7] proposuit contra Iohannem, bacc. Wolnij de Cracowia, quia tenet librum suum »Methamorfoseos«, Ouidium »De Pontho« et alias materias continentem, nullo sibi iure in eo competente, petitus, ut reddet librum istum, monitus, restituere recusauit, petens, eum ad restitucionem huiusmodi libri et sentencia mediante compelli. Presente ex aduerso Alberto de Mogilno, dicti Iohannis, bacc. de Cracouia, procuratore, dicente et allegante, quod dictus liber est apud quendam Iacobum, bacc., nunc apud Venerabilem dnum Arnolphum[8], decretorum drem, canonicum Cracouiensem, morantem, pro certa summa pecuniarum, videlicet tribus fertonibus pecunie communis, realiter et cum effectu fore euictus. Et dominus[9] retulit se dictus procurator ad euictorem statuendum, quem de mandato domini statuet hinc ad feriam terciam[10]. Presentibus seruitoribus Vniuersitatis et Erasmo Carszkij.

539. xxiiij Marcij. Iacobus, baccalarius, habens moram apud dnum drem Arnolfum[8], citatus ad instanciam Iohannis Wolnij, bacc., euicit eundem bacc. pro libro suprascripto[11] etc. Et dnus Barthnyskij suscepit eum in euictorem, et dominus decreuit, in iudicio librum feria quinta xx[12] exhiberi, quo exhibito dnus Barthnyszkij[12] instabit pro libro. Presentibus.

540. Iohannes, studens de Yaschiel, obligauit se soluere sex grossos racione certi debiti Honeste Katherine, institrici de Cracouia, hinc ad diem Sabbati ante festum Pasche proximum[13], sub pena excomunicacionis.

541. Die Veneris quinta mensis Aprilis. Paulus Verneri de Konigsberg, studens, eliberando de sentencys et processibus se et

---

[1] In Codice »xx«. [2] 31. III. [3] 29. IX. [4] In Codice »xxiiij«. [5] »mensenarium«, sic! [6] »Barmyczskij«, sic! [7] »Bar*thn*yczskij«, sic! [8] Mirżynicc. [9] »dominus« deletum. [10] 26. III. [11] Cf. nrum 538. [12] Sic! [13] 13. IV.

quosdam, videlicet Bernardum de Szandecz et Margaretham de Cracowia, et satisfaciendo pro obligacione per eum et intercessionem mgri Caspar de Dambnaw, dominus decreuit absoluendum [1]. Qui quidem studens Paulus prefato mgro de Dambnaw, pro eo intercessori et debiti solutori, obligauit se et inscripsit tres florenos in auro et inscripsit [1] soliturum [1] et satisfacturum, potestatem et auctoritatem [1] eidem mgro dando repetendi quascunque pecunias a creditoribus seu debitoribus Pauli, easdem investigandi, repetendi, exigendi, tollendi et de perceptis et leuatis quitandi in forma plenissima Et ipsum mgrum Caspar ad premissa faciendi constituit modo premisso, alias in forma meliori. Presentibus ibidem.

542. Veneris xix Aprilis. Honorabilis dnus Petrus, mgr. arcium et prebendarius capelle s. Adalberti, in circulo Cracowiensi site, oriundus loco de Zambrzecz [2], personaliter constitutus, non compulsus, nec coactus, nec aliquo dolo seductus, sed spontanea et libera voluntate motus ob bonum pacis, in causa, inter ipsum ab vna et Venerabiles dnos dres et mgros, maioris Collegij artistarum collegiatos, super recepcione et assumpcione in collegiatum prefati maioris Collegij, partibus ab altera vertente, cessit liti, iuri et cause, committens se Omnipotenti Deo, gracie et fauoribus ipsorum duorum drum. Presentibus Honorabilibus Cristofero de Dambowdzal, viccario perpetuo ecclesie kathedralis Cracowiensis, Nicolao de Coprzywnycza, psalmista, et Nicolao de Dobeszkow, clerico capelle Hynczonis castri Cracowiensis, et Discretis Petro de Strzegom, arcium baccalario, Iacobo de Cracowia. Et dominus prefatas litem et causam cum dnis decanis trium facultatum decreuit esse sopitam.

Acta coram Venerabili viro, mgro Iohanne de Slupcza, s. theologie professore, canonico viccarioque in spiritualibus Cracouiensi generali, nec non rectore Alme Vniuersitatis Study Cracouiensis, comutacione estiuali anno Dni millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto [3].

544. Saturni xxvta Maij. Nobilis dni Georgy Blandowski de Blandow ad instanciam Stanislaus, sapiencia, de mandato dni rectoris retulit, se citasse Caspar de Maiori Glogouia, arcium baccalarium, terminum eidem ad hodie hora vesperorum assignando, presentibus Stanislao

[1] Sic! [2] alias de Nieznanowice. [3] Actorum nri 544—557, Codicis pag. 183—188 et 195.

de Osszyck, presbitero, et Mathia, familiaribus domini et alijs compluribus. Et ibidem dictus dnus Georgius Blandowsky contra dictum Caspar Stanislaum, filium podzubkonis, vt asserebat, fratrem suum, constituit in procuratorem presentem cum potestate substituendi ad agendum, defendendum etc. in forma meliori. Qui procurator intenciones debet dare in scriptis contra prefatum Caspar feria quinta proxime affutura[1], quibus tenebitur veraciter respondere idem bacc., ad quod faciendum, alias ad comparendum pro dicto termino per Stanislaum, sapienciam, est legitime cittatus. Et insuper dominus, auditis in huiusmodi causa per principales hinc inde multis controuersys et verbis iniuriosis, per partes hinc inde prolatis, penam sexaginta florenorum de pace inter prefatas partes hinc inde formanda interposuit. Presentibus, ut supra[2].

545. Martis vicesima octaua Maij. Stanislaus de Wschowa, Iohannes de Dambrowka et Iacobus de Szrzem, arcium baccalary, moram habentes ad s. Stephanum in scolis Cracouie, vna cum tota communitate scolarium dicte scole principales, per Iohannem, sapienciam, de mandato domini[3] principaliter vt et tanquam actores comparuerunt, et certos articulos in scriptis contra mgrum Martinum[4], rectorem scolarium de s. Anna, confitentes[5] et per eosdem oblatos presentauerunt, super quibus dictum mgrum Martinum responderj per dominum compelli petiuerunt. Eodem mgro Martino tunc presente copiamque dictorum articulorum et terminum ad dicendum contra hinc ad quindenam petente, et dominus decreuit.

546. Luce Mathie de Przeczslaw, actu studentis, ad instanciam Iohannes Vuijenski per Iohannem, sapienciam, cittatus ad hodie. Idem Lucas contra dictum Iohannem Vuijenski proposuit, quod anno nunc currenti, videlicet feria tercia post festum s. Stanislai in Mayo[6], et ante balneum, communiter nuncupatum Zydowska, prefatus Iohannes animo iniuriandi in prefatum Lucam manus violentas iniecit, sibique tria wlnera cruenta ad grauem effusionem sanguinis in facie intulit, et in hoc eidem multum preiudicauit, iniuriam huiusmodi ad animum bona fide reuocanda extimauit ad centum florenos hungaricales, petens, ipsum in dictis centum florenis pro percussione huiusmodi violenta per dominum condempnari et ad id soluendum cogi, iusticia svadente. Presente ex aduerso dicto Iohanne Vuijensky, qui animo litem contestandi negauit narrata, prout narrantur, prefato Luca, actore, probaturum se offerente, terminumque ad probandum ad feriam quintam proximam[7] pro hora xx sibi dari petente, et obtinuit. Presentibus sapiencijs.

547. Martini de Schadek, clerici, moram habentis ad Omnes ss. in Cracouia, ad instanciam Petrus de Schadek, studens, de wlnere per

---

[1] 30. V. [2] Nrus 544 repetitur in Codice, pag. 195. in forma decurtata: »Die Saturni vicesima quinta mensis Maij. Nobilis dnus Georgius Blandowski dnum N., filium vicesupary de Cracouia, contra Casper de Maiorj Glogouia, arcium bacc., suum constituit in procuratorem ad agendum, defendendum etc. in forma. Presentibus Stanislao et Iohanne, ministris Vniuersitatis«. [3] »per Iohannem, sapienciam, de mandato domini« deletum. [4] Kotowicensem. [5] Sic! [6] 14. V. [7] 30. V.

Iohannem, sapienciam, ad hodie ad horam xx citatus. Idem Martinus contra Petrum proposuit, quod anno nunc currenti quadam certa die gladium in valore xviij grossorum et capucium quatuor grossorum ipse Martiuus dicto Petro in mutuum dedit, sub spe tamen restitucionis fiende. Monitusque est idem Petrus per dictum Martinum pro restitucione huiusmodi rerum sibi comodatarum, quatinus sibi de eisdem responderet, quoniam tamen vsque huc minime respondere curauit, petens, eundem compelli ad respondendum de dictis rebus, iusticia suadente. Presente ex aduerso prefato Petro, principali, premissa confitente et se velle respondere de dictis rebus offerente hinc ad quindenam, et dominus decreuit.

548. Iouis penultima Maij[1]. In causa Luce de Przeczslaw ab vna et Iohannis Vuijenski ab alia partibus dominus terminum hodiernum distulit ex certis respectibus ad diem crastinum. Presentibus, vt in actis.

549. Stanislaus, filius podzupkonis de Cracouia, vt et tamquam procurator dni Georgy Blandowski, satisfaciendo termino hodierno, libellum summarium contra Caspar de Maiorj Glogouia, arcium baccalarium, facto produxit, petens, petita, in eodem libello contenta, fierj debere, presente ex aduerso dicto Caspar, principali, negante narrata, prout narrantur.

550. Veneris vltima Maij[2]. Nicolaus de Rijbna et Nicolaus de Borowijcze, clerici et, ut asserebant, actu studentes, in Cracouia moram habentes, per Iohannem, sapienciam, ad perhibendum testimonium veritatis in causa Luce de Przeczslaw ab vna et Iohannis Vuijenski ab alia partibus, cittati, iurauerunt dicere veritatem, dicto Iohanne Vuijenski, principali, presente, et interrogatoria hodie ante prandia se velle dare contra testes predictos offerente. Presentibus, vt in actis.

551. Saturni viij Iunij. Nicolaus Pyecz, moram habens ad s. Stephanum, ad instanciam Nicolaj de Rybna, actu studentis, moram habentis ad s. Annam, per Iohannem, sapienciam, ad hodie cittatus et in termino non comparens, pronunciatur contumax.

552[3]. Saturni quindecima Iunij. Mgr. Albertus Thabor, prepositus de Troki, ad instanciam Venerabilis Egregyque viri, mgri Clementis de Gorka, decretorum dris, ad hodie ad xx horam per Stanislaum, sapienciam, citatus et non comparens, per dominum pronunciatur contumax. Presentibus sapiencijs.

553. Lune prima Iulij. Martinus[4] Bartholomeus[5] de Radzijm obligauit se soluere vnam integram mercam residui debiti Honorabili

---

[1] 30. V. [2] 31. V. [3] Nrus 552 bis in Codice scriptus, sed prior deletus. [4] »Martinus« deletum. [5] »Bartholomeus« in margine adscriptum.

mgro Iohannj de Poznania, seniori burse Ierusalem, et hoc racione certi viatici, per ipsum Bartholomeum apud eundem mgrum Iohannem ad vendendum recepti et a casu infortunato ammissi, hinc ad festum Margarethe proxime affuturum[1], sub pena excommunicacionis.

554. Iouis quarta Iulij. In causa Valentini de Kyensberg, clerici, morantis ad Corpus Xristi in Kaziniria, ex vna, et Nicolai, pargameniste de Cracouia, partibus ab altera, terminus ad iurandum et ad recipiendum testes ex certis respectibus per dominum prorogatur ad feriam terciam proxime affuturam, que erit nona mensis Iulij. Et in continenti idem Nicolaus, pargamenista, per dnum Petrum Szwyetlyk, viccarium perpetuum ecclesie maioris Cracouiensis, ad videndum iurari huiusmodi testes pro dicta feria tercia est legittime cittatus. Presentibus sapiencijs.

555. Saturni sexta Iulij. Iohannes de Troky proposuit contra Stanislaum, baccalarium de Lancicia, quod anno presenti post festum Pasce[2] ipse Iohannes dicto Stanislao arcum cum quinquaginta sagittis minus quinque, valoris trium florenorum, ad fidele depositum seu ad seruandum, sub spe tamen restitucionis fiende, dedit. Monitus tandem idem Stanislaus est per prefatum Iohannem pro huiusmodi depositi restitucione, qui, nescitur, qua occasione, restitucionem facere non wlt, sed contradicit contra Deum, petens, ipsum ad id faciendum compelli et in litis expensas condempnari. Presente ex aduerso dicto Stanislao, principali, qui animo littem contestandi negauit narrata, prout narrantur, allegauit tamen, ipsum arcum et sagittas per dictum Iohannem sibi esse dono datas. Quam donacionem dominus decreuit esse probandam, et terminum probacionis prefixit hinc ad primam diem iuris. Presentibus sapiencijs.

556. Iouis vndecima Iulij. Georgius de Lytwania proposuit contra mgrum Stanislaum, canonicum de Leopoli[3] Wylna[4], quod certas summas pecuniarum, videlicet viginti quatuor sexagenas latorum grossorum, a patre eiusdem Georgij manualiter recepit, quas pecunias idem mgr. Stanislaus in manus Venerabilis ac Egregy viri, mgri Clementis de Gorka, decretorum dris etc., reponere debuit, et quas pecunias hucusque dicto mgro Clementi reponere minime curauit, petens, eum compelli ad respondendum de eisdem. Presente ex aduerso dicto mgro Stanislao, confitente, huiusmodi viginti quatuor sexagenas latorum grossorum se a patre dicti Georgij recepisse, et allegante, sibi dictas pecunias sub huiusmodi condicione per patrem ipsius Georgij datas fuisse et per ipsum mgrum Stanislaum easdem dispensandas commisisse[5], quodque huiusmodi pecunias pro vtilitate et expensis dicti dni Georgy exposuit ita, quod duntaxat sex florenos de dicta summa apud se habere dixit. Et dominus ex huiusmodi confessatis decreuit, dictos sex florenos

---

[1] 13. VII. [2] post 14. IV. [3] »Leopoli« deletum. [4] »Wylna« in margine additum. [5] Sic!

ipsi Georgio soluendos, ipsum nichilominus mgrum Stanislaum ad probandum allegacionem admisit, et terminum peremptorium ad probandam huiusmodi allegacionem ad primam iuris post s. Martini[1] prefixit, alias in defectum probacionis extunc et exnunc ex huiusmodi confessatis ad restituendum dictam summam pecuniarum ipsi Georgio condempnauit. Presentibus familiaribus domini.

557. Martis xvij Septembris. Mgr. Martinus, collegiatus Collegij minoris, ad instanciam tocius domus communitatis per Iohannem, sapienciam, ad hodie ad xx horam citatus. Et in termino huiusmodi ipsa commvnitas contra prefatum mgrum Martinum proposuit, quod contraveniens Statuto domus, ad bursam ab aliquot septimanis idem mgr. Martinus, licet sepius avisatus, ponere tantum, quantum alij ponunt, recusauit, petens ipsa commvnitas, eum ad ponendum compelli, iusticia svadente. In presencia prefati mgri Martini, ex aduerso principalis, qui animo litem contestandi dixit, quod non est sufficiens in pecunijs, quibus posset se tuerj, quantum ad exponendum personales. Et dominus post multas altricaciones prefatum mgrum Martinum conpulit ad componendum, sub penis, in Statuto domus contentis.

Acta coram Venerabili viro, dno Mathia[2] de Cobilino, s. pagine professore, decano ecclesie s. Ffloriani, nec non rectore Alme Vniuersitatis Studij Cracouiensis, commutacione estiualj anno Dni millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, ut secuntur infra[3].

559. Die Lune v[4] Maij. Citatus dnus Allexander, baccalarius de Lithuania, ad instanciam Iohannis de Cracouia in causa quadam, inter eos facta[5] parte ex vtraque, terminus de consensu parcium ob spem concordie fiende ad diem crastinum hora xx hic in domo nostra in stuba communitatis[6], in defectum eiusdem continuatur ad diem Sabbatti proximum[7], alias ad libellandum post festum Stanislai[8]. Presentibus ibidem Iohanne et Stanislao, scruitoribus Vniuersitatis.

560. Die Martis vj[9] Maij. Citatus mgr. Nicolaus Leymiter de Cracouia ad instanciam Katherine Glowina, ciuisse, pro quibusdam

---

[1] post 11. XI. [2] Kobylinko. [3] Actorum nri 559—603, Codics pag. 197—205. — Acta acticata coram rectore Johanne Słupcensi commutacione hiemali a. Dni 1476/77 desiderantur in Codice nostro. [4] In Codice »vj«. [5] In Codie »factam«, sic! [6] Collegii artistarum. [7] 10. V. [8] post 8. V. [9] In Codice »vij«.

expensis, sibi non solutis. Hinc inde factis controuersijs, et dominus, attentis, distulit terminum ad quindenam, expensas prefatis inter se computando locatis viris bonis, alias assessoribus partibus ex ambabus, de consensu parcium predictarum. Presentibus seruitoribus Vniuersitatis.

561. Die Martis vj[1] Maij. Iohannes Zayaczek, citatus, studens, ad instanciam Alberti, ciuis Cracouiensis, pro debito, quondam sibi accomodato[2], videlicet quinque florenorum. Ipse confitendo, promisit se soluturum infra hinc et festum, alias per vnum mensem, sub censuris ecclesiasticis. Presentibus ibidem, ut supra.

562. Die Saturni x Maij. Hermolaus, studens, citatus ad instanciam Honesti dni Cristannj Schrzolla, presulis de Cazimiria, pro duabus marcis, per eundem receptis pro carnibus in bursam Ierusalem. Ipse confitendo debitum, promisit se soluturum pro festo Iohannis Baptiste[3] proximo, sub censuris ecclesiasticis.

563. Die Saturni x Maij. Valentinus de Noua ciuitate, studens, citatus ad instanciam Honeste Katherine de Cracouia pro quibusdam rebus. Ipse reus negauit narrata[4], prout narrantur, et dominus dedit ad probandum ad feriam terciam[5] terminum, sub censuris ecclesiasticis. Et submisit se caucionj sub eisdem, quod debet parere iuri, prefatus reus. Presentibus seruitoribus Vniuersitatis.

564. Die Saturni x Maij. Iohannes, filius quondam zupparij[6] Cracouiensis, contra et aduersus dnum Allexandrum de Lithuania Iohannem de Vscze, procuratorem causarum, in sua causa, quam habet et habiturus est coram dno rectore et contra aliam quamcunque personam, fecit et constituit in suum procuratorem, absentem tamquam presentem, ad excipiendum, opponendum, nec non ad agendum, destinandum iuramentum calumpnie ac aliud quodcunque necessarium, alias in forma meliori. Presentibus ibidem Stanislao de Kelcze, notario, Iohanne de Zochow et seruitoribus Vniuersitatis.

565. Die Saturni xvij Maij. Allexander, baccalarius de Lithuania, allegauit, libello Iohannis, quondam vicezupparij[6] de Cracouia, non esse respondendum, quia ipse Iohannes extat excommunicatus prima specie excommunicacionis ad instanciam cuiusdam Heduigis, mulieris de Cracouia, auctoritate dni officialis Cracoviensis, petens, huiusmodi obiectum ad probandum admitti et ipsum actorem ab agendo repellj. Et dominus huiusmodi obiectum ad octauam ad probandum admisit in contumaciam partis.

566. Die Saturni xvij Maij. Allexander, baccalarius de Lithuania, confessus est, se in mutuum recepisse octo florenos a dno Petro de

---

[1] In Codice »vij«. [2] In Codice »accomodat*is*«, sic! [3] 24. VI. [4] In Codice »narrauit negata«! [5] 13. V. [6] Sic!

Vylna, studenti Cracoviensi, quos peremptorie ad festum Corporis Xristi proximum[1] soluere[2] obligauit, sub pena excommunicacionis. Presentibus in actis.

567. Die eadem. Germanus[3], baccalarius arcium, citatus ad instanciam plebani de Mszana, qui in absencia sua constituit Stanislaum de Zelonkij in suum procuratorem ad agendum, defendendum suam causam, alias in forma meliorj, et datus sibi terminus ad Sabbatum[4]. Qui expectatus vltra horam solitam, dominus pronunciauit[5] contumacem ob non paricionem mandatorum. Presentibus in actis.

568. Die Martis xx Maij. Petrus Glowa, ciuis de Cracouia, vna cum consorte sua, occasione expensarum quolibet anno per vnum florenum a quatuor annis, et anno presenti marcam cum media pro expensis, a mgro N. Leymiter per ipsum comestis et factis, petunt, vna cum littis expensis ad decernendum et soluendum. Qui mgr., N. Leymiter, animo et intencione littem contestandi negauit narrata, prout narrantur, instante dicto dno Petro et consorte sua, qui suo iuramento detulerunt pro dictis expensis. Et dominus decreuit, dictum mgrum N. prestare iuramentum feria quarta proxima post festum Pentecostes[6]. Presentibus scruitoribus Vniuersitatis.

569. Die Martis xx Maij. Inter dnos Mathiam, presbyterum, et Mathiam de Schidlow, collegiatum, causam dominus remisit ad dnos iudices ordinarios, videlicet ad dnum officialem aut[3] viccarium in spiritualibus, allegans dnus rector, quod non pertinet ad eum iudicare de rebus ecclesiasticis et prouentibus eiusdem. Presentibus ibidem Iohanne de Zochaw[3] et Stanislao.

570. Die Iouis xxij Maij. Nobilis Katherine in causa et Valentini dominus dicta testium publicauit, et dominus[3] dedit ad concordandum infra hinc et ista festa[7]. Et dominus in eadem concludet dominus[3] in causa in ecclesia s. Francisci duobus viris locatis, et si non fuerit concordia, ad idem faciendum feria tercia Pentecosten[8]. Presentibus mgro Martino de Cracouia et Iohanne de Zochow, testibus.

571. Die Iouis xxij Maij. Allexander, citatus ad instanciam Stanislai, filij quondam zupparij[3]. Stanislaus proposuit contra Allexandrum, quod ipse Allexander ipsum Stanislaum de anno 1477 die Lune feria ij ante Alberti[9] usque ad grauem sanguinis effusionem percussit et enormiter lesit, manumque sinistram sibi amputauit, verbisque diffamatorijs, in effectu similibus latronem, furem, malefactorem dehonestauit, sibi Stanislao iniuriando contra Deum et in iusticiam. Quam quidem percussionem, dehonestacionem, lesionem et infamiam extimavit, prout nunc extimat, ad centum marcas communis pecunie, petens, ipsum Allexan-

---

[1] 5. VI. [2] se. [3] Sic! [4] 17. V. [5] eum. [6] 28. V. [7] Pentecostes, 25. V. [8] 27. V. [9] = Adalberti, 21. IV.

drum in predictis centum marcis, vna cum litis expensis condempnari, iusticia mediante. Qui quidem Allexander animo legitime litem contestandj negauit narrata, prout narrantur, et datur [1] hinc ad probandum ad octauam, alias feriam quintam proximam post Pentecosten [2]. Et prefatus Allexander promisit et cauit parere iuri rectoris aut dni succonseruatoris [3], sub censuris ecclesiasticis. Et cum hoc ipse Stanislaus eciam promisit, stare in pace usque ad decisionem sentencie domini sub censuris predictis, nec per se nec per alium inferiorem [4]. Presentibus in actis.

572. Die eadem. Citatus Iohannes Zayaczek ad instanciam Frederici, studentis, qui Fredericus contra eundem proposuit, quod sibi librum »Faceciarum« y [5] Pogy [6] pro vno fertone vendidit. Ex aduerso idem Iohannes confessus est, se ab eodem emisse dictum librum. Et dominus decreuit ex confessatis, infra hinc ad quindenam solucionem facere eidem Frederico per Iohannem predictum. Presentibus seruitoribus Vniuersitatis.

573. Die Saturni xxiiij Maij. Iohannis, quondam vicezupparij de Cracouia, et ex aduerso Allexandrj, baccalarij, iuxta terminum exigendum, prout ipse impediendo responsionem ad libellum dicti Iohannis die oblata obiciendoque sibi sentenciam excomunicacionis [7]. Nihilominus non obstante hoc, dominus visa absolucione dicti Iohannis sub sigillo Venerabilis dni officialis Cracouiensis, vel non suspecta, decreuit, respondendum libello huiusmodi dicti Iohannis, et alias pronunciauit contumacem, hodie durante audiencia, et processus opportunos decreuit.

574. Die Martis xxvij [8] Maij. In causa dnorum Petri Gloua et consortis sue et mgri Nicolaj Leymiter de Cracouia datus fuit terminus ad pretactam diem ob spem concordie. Non attenta concordia, debuerat iurare, qui non iurauit, non comparuit, et ex aduerso parte comparente petiuit [7], ipsum contumacem pronunciari. Et in continenti dominus pronunciauit, licet expectatus [7] ultra horam solitam. Presentibus Iohanne de Zochow.

575. Die Iouis xxix Maij. Mathias, citatus ad instanciam Iohannis de Yeszowo pro marca, quam recepit a matre sua, et confessus est, eandem recepisse. Cui datum est reo ad probandum, quod exposuit secum, tamquam cum fratre, in expensis, ad primam iuris.

576. Die eadem. In causa Stanislaj, ciuis de Cracouia, et Allexandri, baccalarii, terminus differtur ad feriam terciam proximam [9] ad producendum testes, propter certas causas.

---

[1] terminus. [2] 29. V. [3] Universitatis privilegiorum. [4] »inferiorem«? [5] »*y*«, sic! [6] Poggii Florentini. [7] Sic! [8] In Codice »xxviij«. [9] 3. VI.

577. Iterum terminus in causa Iohannis, fratris prefati Stanislai, et Allexandri, baccalarii, qui proposuit contra Allexandrum, prout in libello deductum, negauit narrata, prout narrantur. Et datus est terminus ad probandum Iohanni, actorj[1], ambabus partibus ad primam iuris, alias ad Sabbatum proximum[2].

578. Eadem die. Citatus Marcus de Olomucz ad instanciam Iohannis de ibidem, qui non comparens pronunciatur contumax[3]. Et decreuit[4] processum.

579. Die Lune ij Iunij. In causa Iohannis, vicezupparij quondam filij, et Allexandrj, baccalarii, dnus Allexander ob defectum testium, quos inducere debuit, detulit iuramento eidem dno Iohanni super eo, quod principaliter ipsum invaserat. Qui die crastina dictum iuramentum prestabit hora terciarum, et ibidem dnus rector sentenciam in ipsorum causa promulgabit. Presentibus Iohanne de Zochow.

580. Die Martis tercia Iunij. Dominus iuxta exigendum terminum decreuit pro tercia dilacione ad inducendum testes Stanislao, statuit terminum hinc ad quindenam cum Allexandro in causa. Presentibus in actis.

581. Die Saturni vij Iunij. Katherine, mulieris, et Valentini in causa dominus dicta testium dicte Katherine, instante ipso Valentino, publicauit, copiasque et terminum ad dicendum contra ad octauam assignauit. Presentibus Iohanne de Zochow et Iohanne, Stanislao, seruitoribus.

582. Die Saturni vij Iunij. Stanislaus de Cracouia, citatus ad instanciam Iohannis pro vno floreno, qui confessus est, et debet eum soluere infra tres dies, sub pena excomunicacionis. Et de caucione ambo cauerunt in pace viuere, sub penis in Statutis.

583. Die Lune xvj[5] Iunij. Constitutus coram nobis Stanislaus, prior monasterij Vitouiensis[6], proposuit querelam contra baccalarium Georgium pro libro, videlicet »Passionale«. Qui bacc. posuit euictorem, qui debet reponere duos florenos dno bacc. infra hinc et quindenam. Et Mathias de Pyotrkow debet item dare euictorem, alias reddetur liber dnis de monasterio, si non ponet euictorem prefatus Mathias.

584. Die Martis xvij[7] Iunij. Nobilis dnus Iacobus Slenczka de Ilkus, ciuis, constituit in suum procuratorem dnum Iohannem Hassarth[8], ciuem Cracouiensem, absentem tamquam presentem, in causa, quam habet vel habiturus est cum quodam .....[9] dicto, plebano, stu-

---

[1] »Iohanni, actorj«, deletum. [2] 31. V. [3] In Codice »contumacem«! [4] sc. rector. [5] In Codice »xvij«. [6] ord. Praemonstratensis. [7] In Codice »xviij«. [8] Sic! [9] ».....« Pro nomine omisso locus in Codice vacuus.

dente, ad agendum, defendendum, proponendum et allegandum gladium tollendj aut euictores dandum per eundem, circa quem eundem[1] gladium comparauit, et generaliter omnia et singula faciendum, que circa premissa necessaria fuerint in forma meliorj. Presentibus ibidem Stanislao, seruitore Vniuersitatis, et Iohanne de Zochow, testibus.

585. Die eadem. Iohannes, baccalarius, citatus ad instanciam Stanislai pro decem grossis, confitendo idem debitum, promisit et obligauit se soluturum infra hinc et septimanam, sub censuris nostris, alias ad Sabbatum proximum[2].

586. Idem baccalarius Iohannes, citatus ad instanciam Iohannis pro medio floreno, qui confessus, obligauit se soluturum infra hinc et vnam ebdomadam, sub censuris ecclesiasticis.

587[3]. Die Iouis xix Iunij. Mathias de Schawlouicze, cantor ad Omnes ss., citatus ad instanciam Iacobi de Dambsko pro verberibus[1] diffamatorijs et cum hoc lesione, quam lesionem conspexit dnus rector in facie sua. Dominus sentenciando diffinitiue decreuit, quod debent peramplius manere in pace ambe partes sub pena florenorum trium et pena excomunicacionis, et quod non debet[4] nocere prefato Iacobo in aliquibus locis. Prefatus cantor debet soluere prefato Iacobo vnum florenum et decem grossos Vniuersitati pro pena iuxta Statuta infra vnam ebdomadam, sub censuris.

588. Saturni xxj Iunij. Iohannes de Struschino, baccalarius, citatus ad instanciam Petri de Pawlouicze, bacc., pro debito decem grossorum, qui confessus, pretactos decem grossos obligauit se soluturum infra duas ebdomadas, sub censuris. Presentibus Iohanne de Zochow.

589. Die Iouis xxvj[5] Iunij. Iacobus, baccalarius, obligauit se Iohanni, bacc., vndecim grossos soluturum debiti infra diem crastinam sub censuris, quem iterum reconuenit prefatum Iohannem, bacc., pro diffamia furticandi. Qui quidem Iohannes cauit parere iuri sub censuris domini et conseruatoris[6] et ipsius dni rectoris[1] usque ad finem sentencie nostre diffinitiue.

590. Die Saturni v Iulij. Albertus Sobnowskij de Ogledya citatus ad instanciam Iacobi de Radzinouo pro summa pecunie, videlicet 3bus florenis sine quinque grossis. Qui confessus, obligauit se soluturum ad tempora certa, videlicet statim dedit sibi medium florenum, residuum vero soluet florenum pro festo Bartholomei[7], et pro festo s. Michaelis[8] residuum, sub censuris. Presentibus seruitoribus.

---

[1] Sic! [2] 21. VI. [3] Nrus 587 in omni parte sua alia antiqua manu deletus. [4] Mathias. [5] In Codice »xxviij«. [6] Universitatis privilegiorum. [7] 24. VIII. [8] 29. IX.

591. Die Veneris xj Iulij. Derslaus Michowskij, baccalarius, citato mgro Iohanne de Poznania, seniore burse Ierusalem, ex parte suorum seruitorum, videlicet Petri et Paulj, de offensa eorundem seruitorum, proposuit graui cum querela, mgro Iohanne contra respondente et negante narrata, prout narrabantur, subiungendo, quod si et in quantum lesi sint, vim vi repellendo lesio facta est. Et dominus in causa nichil subito facere volens, causam istam distulit ad aduentum dni Dlugosij, prouisoris burse illius. Et nichilominus dnus Derslaus pecijt sibi caueri de parendo iurj contra dictum mgrum Iohannem, que coram dno rectore in posterum pro percussione dictorum seruitorum agentur. Et pro securitate partis vtriusque pena vallata quinquaginta florenorum est imposita. Presentibus mgro Nicolao de Pilcza, Laurencio de Poznania, Nicolao de Grodzisko, bacc. arcium, testibus ad premissa.

592. Die Martis xxij[1]. Iohannes Schamutulskij, studens, ad instanciam Martini, clerici de s. Stephano, per Iohannem de Vscze[2].

593. Die Saturni ix Augustj. Iohannes Liganza, studens, citatus ad instanciam baccalarii Nicolaj Grodzisko pro floreno, quem recognouit, et ipsum obligauit se soluere infra hinc et duas ebdomadas, sub pena excomunicacionis. Presentibus in actis.

594. Die Martis xij[3] Augustj. Iohannes Sloczskij, studens, citatus ad instanciam Iohannis Gyebel[4], carnificis de Cracouia, pro ix fertonibus et vno grosso pro carnibus, receptis aput ipsum pro bursa Ierusalem in sua prepositura. Qui confessus, promisit et obligauit se soluturum infra hinc et duas ebdomadas, sub censuris ecclesiasticis. Presentibus in actis.

595. Die Martis xij[3] Augustj. Allexius et Iohannes, seruitores ex Collegio, citatj ad instanciam Nicolai de Mirowicze pro non solucione racione pronunciacionis baccalarii Stanislai de Narthi, qui sibi commisit ad exigendum pecunias prefatas. Et dominus ex decreto suo compellit eos ad soluendum sibi, ita tamen, quod ipse Nicolaus cauit et intercessit et promisit eos intercedere a prefato bacc., et non impediat eos infra hinc et dominicam[5] sub censuris ecclesiasticis.

596. Die Saturni xxiij[6] Augustj. Mathias de Slupcz[7], clericus et studens, citauit Mathiam de Schamothulij. Et idem Andreas[7] proposuit contra Mathiam de lesione siue offensa graui capitis, Mathia e contra respondente et confitente lesionem prefatam, quamquam dixerit, quod eciam per eum percussus fuerit. Et fecit se defendendo, quod tamen non probauit. Et ideo dominus iuxta Statutum decreuit, ut Mathias expediat medicinam pro parte lesa, videlicet quatuor grossos, et

---

[1] »xxij«? In Codice »xxvij«. [2] Res ad finem non perducta. [3] In Codice »xiij«. [4] »*G*yebel«?, »*B*yebel«? [5] 17. VIII. [6] In Codice »xxiiij«. [7] Sic!

pro satisfaccione condigna partj fertonem, dandum Andree infra 3 dies, adiudicauit. Et Vniuersitati vnum florenum pro pena iuxta Statutum soluere tenebitur, sub censuris ecclesiasticis. Presentibus in actis.

597. Die Saturni xxiij Augusti[1]. Petri, pictoris, et Vrsule, vxoris sue, et Mathia, mgro[2] de Schidlow continuatur terminus in causa ad feriam terciam post Mathei proximam[3]. Presentibus in actis.

598. Die Mercurij xxvij[4] Augusti. Iodikus[2] de Ilkusz, notarius dni Ianowszkij, obligauit se soluere duos florenos et quatuor grossos pro expensis dno baccalario Iohanni, filio Wolnij de Cracouia, ad festum Natiuitatis Dni, sub censuris. Presentibus ibidem Iohanne de Sulmierzicze.

599. Die Mercurij x Septembris. Iohannes de Glogouia, baccalarius, citatus ad instanciam Iohannis, camerarii regis, pro offensa. Qui confessus, defendendo se wlneratus fecit[2], qui bacc. retulit, quod[5] solus fuit et cum consocys suis, quos debet producere pro feria sexta proxima ante Crucis[6]. Et eundem dominus terminum continuauit ad eandem feriam.

600. Die Saturni xiij Septembris. Cristi nomine invocato, pro tribunali sedentes, solum Deum pre oculis habentes, per hanc nostram sentenciam diffinitiuam, quam de consiliariorum nostrorum consensu in his scriptis ferimus inter Iohannem, cubicularium Serenissimi dni nostri, regis Kazimirj, notarium, ex vna et inter Discretos Iohannem de Glogouia, Leonardum de Wratislauia[2], baccalarium, et alios studentes, consortes litis, partibus ex altera in causa contencionis et percussionis, quo ad prefatum Iohannem per eosdem bacc. et studentes facte et illate, decernimus, diffinimus et declaramus, ipsis idem minime licere nec licuisse, et ob ipsam wlneracionem et expensas in medicinis, per eundem Iohannem factas, prefatum bacc., videlicet Iohannem, et Leonardum de Glogouia[2] et alios consortes eorum in duobus florenis condempnamus, saluis impensis, in lite factis, infra hinc et festum Michaelis[7] sub pena vallata quinquaginta florenorum et excommunicacionis. Presentibus ibidem Stanislao et Iohanne, seruitoribus.

601. Die Martis xxiij Septembris. Mgr. Mathias de Schidlow ad instanciam Petrj, pictoris, et Vrsule Senioris Frischnatoua et vxoris, pronunciatur contumax per se. Presentibus Stanislao de Zelonkij et Iohanne de Sulmirzicze.

602. Die Mecurij viij Octobris. Mathie de Vilczina, baccalarij, et Margarethe, pistricis de Cracouia, nominatus ipse Mathias,

---

[1] In Codice »xix Septembris«! [2] Sic! [3] 23. IX. [4] In Codice »xxv«. [5] non. [6] 12. IX. [7] 29. IX.

principalis, et Iohannes de Vieliczka dicte Margarethe procuratorio nominibus, reproductis specialibus citacionibus contra mgrum Iohannem de Pnijewij vna cum obligacionibus et sentencijs diffinitiuis, in actis rectoratus notatis, alysque processibus et notis, pecierunt, ipsum mgrum reimponj in pristinas sentencias et grauiores contra eundem decernj ob non solucionem certarum summarum pecunie seu florenorum, in quibus extat obligatus et condempnatus, in presencia dicti mgri Iohannis, petentis, terminum contra huiusmodi obligacionem et sentencias ad dicendum contra, seu ad dandum raciones, cur et quare eciam non debeat reimponj et processus grauiores contra eum non debeant decernj. Ex aduerso principali et procuratore, dicentibus, contra acta et sentencias accionem nouam non esse admittendam et lites resuscitandas, ex quo iudicia retro trahi non debeant, petentibusque, se iuxta eadem acta et sentencias conseruarj. Et dominus, attentis parcium altricacionibus huiusmodj ante omnia instantibus, dictis principali et procuratore, ipsum mgrum Iohannem reimposuit ad instanciam dictorum Mathie, bacc., et Margarethe in sentencias pristinas et grauiores contra eum decreuit. Et nichilominus defessam iuris et accionem de dolo, ut dicitur, commisso, reseruauit dicto mgro Iohanni. Qui in continenti certas raciones produxit, presentibus eisdem Mathia, bacc., et Iohanne, procuratore, petensque copiam et terminum ad octauam ad dicendum contra. Presentibus ibidem Stanislao de Costen, seruitore Vniuersitatis, et Iohanne de Sulmirzicze, testibus.

603. Die Saturnj xj Octobris. Albertus de Brzeszini citauit Petrum de Bartholow pro sallario resumpcionis. Et dominus distulit terminum ad quindenam ad probandum prefato Petro de non solucione. Presentibus in actis.

(Acta et acticata coram rectore Mathia Kobylinko de Kobylino commutatione hiemali anno Dni 1477/78)[1].

605. Die Iouis penultima mensis Octobris[2]. Veniens nostri ad presenciam Iacobus de Gosthkow, citando Gortandum[3] de Dambrowka, proposuit contra eundem, quod ipse veniens[4] tendendo ad medium noctis cum armis venit, pulsando ad cameram meam, et verbis iniuriosis comminando, dicens, exi vilissime latro et statim amputabo tibi caput, et e conuerso in cameram non redibis; et secundo, quod abduxit pueros[5], iuuenes, sibi a parentibus comendatos; et 3cio,

[1] Actorum nri 605—654, Codicis pag. 206—221. [2] 30. X. [3] »Gortandum«, sic! [4] »veniens« deletum. [5] »pueros« deletum.

quod in publico coram scolaribus infamavit eum, asserens eum furem, latronem. E contra vero Gortardus respondendo, negauit prima duo simpliciter; 3cium vero respondit, quod illa verba protulit contra predictum dnum baccalarium, que prius eidem Gortardo intulit, eciam sibi prius maledicendo. Et dominus dedit terminum ad primam iuris, hoc est ad terciam feriam proximam post Omnium ss.[1], idem ad probandum dno bacc. predicta, per eum proposita.

606. Die Martis quarta mensis Nouembris. Terminus dni Iacobi[2], baccalarij, cum Gotardo de Dambrowka, continuatur ad feriam quintam proximam[3], et interim, hoc est die Mercurij[4], testes inducti iurabunt de dicenda veritate, et similiter examinabuntur.

607. Die Saturni octaua mensis Nouembris. Stanislaus, sapiencia, retulit, quia citauit Iohannem Lubranszkj, baccalarium arcium, ad instanciam Nicolai de Lublin ad horam xxj. Et nichilominus procurator dicti dni bacc. petiuit terminum ipsi diferre, et dominus decreuit hinc ad duas ebdomadas, ob spem restitucionis librj.

608. Die Lune decima mensis Nouembris. Margaretha de Vythkowycze, seruitrix Michaelis, cultellifabrj, constituta personaliter coram domino, proposuit querulose contra Nicolaum de Rawa, studentem, pro eo, quod in vigilia s. Martini[5], veniens in domum predicti Michaelis, verbis inhonestis eam affecit et confudit, videlicet tu es persona suspecta et debes morarj in lupanari. Quam confusionem, bona fide reuocando, extimat ad decem marcas, malens tantum et plus de proprys amittere, quam predicta verba ab eodem sustinere. Ideo petit suo nomine, per vestram dne rector sentenciam diffinitiuam dictum dnum studentem ad soluendas dictas decem marcas cogi et compelli, et ipsum dnum studentem coram eisdem personis reclamare eadem verba. Ex aduerso dicto dno Nicolao omnia negante, et negat omnia, prout narrantur, petens, petita fieri non debere, actrice ex aduerso petente terminum ad probandum ad primam diem iuris, quem obtinuit.

609. Eadem die in causa Iohannis Greogry de Rawa et Nicolai de ibidem, dominus auditis hinc inde controuersijs inter predictos, decreuit ex consensu actoris, quod idem Nicolaus iuramentum corporale faciet ipso die s. Martini[6] post missas immediate super eo, quod nichil scit de sella Iohannis predicti.

610[7]. Die Saturni xv[8] mensis Nouembris. Dnus Iohannes Lygasza, citatus ad nostri presenciam comparensque per famulum suum, Iohannem Griff, confessus est, se teneri et debere dne Barbare Strzeszychowa quatuor florenos cum octo grossis pro vino, recepto aput

---

[1] 4. XI. [2] Gostkowski. [3] 6. XI. [4] 5. XI. [5] 9. XI?, 10. XI. [6] 11. XI.
[7] Nrus 610 bis in Codice scriptus, sed prior deletus. [8] In Codice »xiiij«.

eandem. Et obligauit se soluere infra hinc et per duas septimanas prefate dne Barbare realiter et cum effectu, sub censuris ecclesiasticis ipso facto. Presentibus, ut in actis.

611. Die Saturni vicesima nona mensis Nouembris. Veniens nostri ad presenciam Mathias de Iassyenye, citando Iohannem de Iyesschowo, proposuit contra eum, quod librum ei vendidi cum cistula pro vndecim grossis. E conuerso vero Iohannes respondendo, negauit totum. Et dominus eis dedit terminum pro feria secunda proxima post festum s. Andree[1] ad probandum.

612. Eadem die Swanthoslaus, psalterista, personaliter constitutus, proposuit contra Iohannem, baccalarium de Casimiria, quod ei tenetur tres fertones, in quibus eidem dno Swanthoslao invadiauit Ebreardum. E contra vero idem dnus bacc., respondendo ad proposita, negauit totum. Et dominus dedit eis terminum ab hinc ad octauam ad probandum eidem dno Swanthoslao.

613. Die Martis nona mensis Decembris. In causa Alberti Czeskyendorff, ciuis Cracoviensis[2], inter dnum Nicolaum Pczolka de Warscheuie[3], baccalarium s. theologie, facta est composicio amicabilis per mutuam hinc inde reconciliacionem de premissis ita, quod parere habeant inter se, nec vnus alterum impediat, sub censuris ecclesiasticis. Presentibus ibidem Prouidis et Discretis Nicolao Woythkowycz de Cracouia, Martino et Stanislao, sapiencia, testibus ad premissa.

614. Die Martis nona mensis Decembris. In causa Honeste Katherine de Cracouia et Bartholomeum[4] de Cracouia[5] Sand[6], baccalarium arcium, partibus ab altera vertente, facta est composicio inter eos amicabilis, ita tamen, quod prefata Katherina debet sibi restituere tredecim grossos, quos dederat in vadium prefatus bacc., et idem tenebitur restituere vadium, scutellam stanneam et anulum argenteum. Et peramplius[7] de ceteris imponimus eis silencium perpetuum in omnibus factis et faciendis. Presentibus ibidem Honorabilibus Nicolao, arcium bacc. de Cracouia, et Petro, presbytero de Byecz. Inter quos penam vallamus triginta marcarum.

615. Die Martis xvj Decembris. Mgr.[4] Nicolaus[4] de Iaroslaw, citatus pro debito duarum sexagenarum ex parte dne Margarethe Iarosschowa de Cracouia, qui confessus obligauit se soluturum infra hinc et festum Epiphanie proxime affuturum[8]. Presente Iohanne, seruitore, et Iohanne de Tulcze, testibus. Et in continentj monitus per executorem Iacobum, altaristam ad s. Mariam in Cracouia.

---

[1] 1. XII. [2] In Codice »ciu*em* Craconien*sem*«, sic! [3] »Warscheuie«, sic! [4] Sic! [5] »Cracouia« deletum. [6] »Sand« insuperscriptum. [7] »peramplius«? [8] 6. I 1478.

616. Die Saturni. Iacobus, baccalarius de Gosdko[1], iudicialiter recognouit, se teneri et obligari vnum florenum Nicolao de Luthomirsko, studenti, quem infra tres ebdomadas sub censuris ecclesiasticis soluat, quauis dilacione semota. Presentibus ibidem testibus, dno dre Stanislao de Zavada, Michaele de de[1] Vyelun, mgro, et alijs.

617. Die Lune xxvj mensis Ianuarij. Victorinus de Schenno, studens, constituit Stephanum de Sandomiria, studentem, cum potestate substituendi in procuratorem in causa, quam habiturus est seu mouere intendit Discreto Ffrederico.....[2], studentj, occasione cuiusdam picture certi libelli, ad agendum, defendendum, libellandum, litem contestandum, iuramentum in animam constituantis[1] prestandum, adiudicata leuandum et de eis quittandum, obligaciones recipiendum, et generaliter omnia et singula faciendum in forma meliori, promittens de rato. Presentibusque[1] ibidem Discretis Iohanne de Wyeliczka, procuratore, et Alberto de Cleparz, notario consistorij Cracouiensis.

618. Die Saturnj vltima mensis Ianuarij[3] 1478. Venerabilis et Egregius vir, dnus rector, sentenciam diffinitiuam tulit inter Albertum, actu presbiterum Plocensis diocesis, et Iacobum, baccalarium Goskowskij[1]. Qui quidem Iacobus, bacc., occasione pecuniarum, retentarum eidem dno Alberto, tenetur eidem dno Alberto satisfacere, et reponere feria tercia proxima post Purificacionis[4] florenum, sub censuris ecclesiasticis.

619. Die Saturnj vltima mensis Ianuarij. Honorabilis mgr.[5] Martinus de Gorlicze[1], altarista ecclesie Cracouiensis, suam querimoniam exposuit contra et aduersus Caspar de Poznania, occasione quorundam librorum mutuandorum eidem Caspar. Qui quidem dnus Caspar recognouit, se habuisse duo volumina prefati mgri Martini accomodata, que promisit et obligauit se restituere prefato Martino infra hinc et quindenam; et tercium eciam dixit se habuisse, sed tamen casu amisit et retulit eum receptum per quendam baccalarium in Lithwaniam. Pro quo libro amisso obligauit se soluturum duodecim grossos infra hinc ad quindenam, sub pena excommunicacionis, si vero contingeret prefatum bacc. reabuisse[6] libellum tercium, extunc, restituto libello, tenebitur sibj e conuerso restituere pecuniam.

620. Die Saturni septima mensis Februarij 1478. Thomas Regen, studens, citatus[1], et Symon, baccalarius, citatj[1] ad instanciam Andris, barbitonsoris, pro quodam debito, videlicet quindecim grossis minus duobus ternarijs, occasione medele, adhibite circa pedem prefati Thome, obligauerunt se soluere prefatos quindecim grossos infra hinc et festum Pasche[7], sub censuris ecclesiasticis. Et ipse dnus Andris, bar-

---

[1] Sic! [2] »....«, locus vacuus. [3] 31. I [4] 3. II. [5] »magister«, sic! [6] »reabuisse«, sic! [7] 22. III.

bitonsor, promisit et obligauit se adhuc medicinam adhibere circa pedem prefatj Thome.

621. Die Saturni mensis Februarij vij. Dominus ob spem concordie alias ad probandum, alias in defectu probacionis terminus[1] continuatur ad feriam quintam proximam post Invocauit[2]. Presentibus in actis.

622. Die Veneris xiij mensiis Ffebruarij. Mathias, baccalarius de Przemislia, Venerabili viro, dno Stanislao de Zawadj, s. theologie professorj, obligauit se soluturum marcam cum media pro dominica Letare[3] sub censuris ecclesiasticis, quam marcam cum media idem dnus dr. mgro Martino[4] de Cracouia, collegiato maioris Collegy, pro eodem bacc. soluit occasione cuiusdam certi debiti, inter ipsum mgrum Martinum et bacc. contracti. Presentibus ibidem in actis.

623. Die Iouis decima nona mensis Ffebruarij. Iohannes de Curanowo, studens, petit, restitui sibi clericum, nomine Martinum, suum compatriotam et secum hic proprijs expensis Cracoviam adductum, apud Paulum de Zyelonkij, studentem et ecclesie ministrum in Zyelonkij, visum et inuentum et repertum, presente dicto Paulo et dicente, quod non est neque fuit voluntatis dicti clerici ad ipsum Iohannem redire. Et dominus, auditis propositis et responsis parcium dictarum, decreuit et mandauit, eundem clericum hinc ad feriam quartam proxime venturam[5] coram domino per eundem Paulum fore statuendum, quo statuto, dominus decernet.

624. Die Saturni xxj mensis Februarij. Dominus ex certis causis, animum suum mouentibus, in causa inter Stanislaum Zucharowskij[1], studentem, ex vna et Nobilem Martinum de ibidem, partibus ex altera, dominus[1] decreuit in ipsa causa assessores, personas spirituales, iuris peritas, nominandas. Et in continentj Stanislaus de Lublin, dicti Stanislai Zucharaba[1], studentis, nomine Venerabilem virum, mgrum Stanislaum de Cobilino, et ex aduerso Iohannes de Vyeliczka, similiter nomine Martini de Suchoraba[1], mgrum Iohannem de Thost, decretorum dres, nominarunt, quos hinc ad octauam dominus conportandos pro hora xxj[1].

625. Die Iouis xxvj mensis February cittauit Iacobus de Coskow[1] mgrum Martinum[6], ad s. Annam rectorem scole, pro quibusdam certis iniurys et violatis rebus. Et dominus prefixit terminum ad primam iuris ad probandum dno Iacobo de Goskow[1].

626. Die Iouis xxvj mensis Ffebruarij. Venerabilis mgr. Stanislaus de Cobilino, decretorum dr., reproducta citacione ad videndum interloqui

---

[1] Sic! [2] 12. II. [3] 1. III. [4] Łysy. [5] 25. II. [6] Kotowicensem.

contra Venerab. mgrum Iohannem de Thost, decretorum drem, decreta et nota continuacionis ad idem faciendum a dorso eiusdem desuperscripta, petiuit per Venerab. dnos Mathiam de Cobilino, rectorem, Iohannem de Oszwanczim, s. theologie professores, et Mathiam de Costen, decretorum drem, consiliarios Vniuersitatis, interloquj et eorum voluntatem super deductis pronunciarj in contumaciam partis non comparentis iuxta exigenciam termini. Qui domini eorum voluntatem pronunciando, visisque deductis et productis et attento, quod actio pro libro »Decreti« ipsi mgro Stanislao de Cobilino directe non competit, sed ipsi Vniuersitatj, decreuerunt, librum ad locum librarie domus canonistarum, ubi reponi consuetur, esse reponendum per mgrum Iohannem de Thost, vnde ipsum dicitur pro sui[1] vsu recepisse, et insuper monicionem ad instanciam officy et tocius Vniuersitatis Studij Cracouiensis pro eiusdem libri ad locum prefatum reposicione contra ipsum in forma esse danda[2].

627. Die Martis tercia mensis Marcy. Mgr. Martinus[3] ad s. Annam[4] in causa, vertente inter ipsum et Iacobum, baccalarium de Gostkow[2], constituit procuratorem mgrum Bartholomeum de Vijdawa ad agendum, defendendum et alios quosuis actus exercendum. Presentibus in actis.

628. Die Martis x mensis Marcy. Dorothee de Cracouia, vidue, ex vna et mgri[5] Laudamus, partibus ex altera in causa, terminus continuatur ob spem concordie, alias ad idem faciendum hinc ad feriam terciam post Conductum Pasce[6]. Presentibus in actis.

629. Die Martis x mensis Marcy. In causa dni Iacobj de Goskow[2] et mgri Martini[3], rectoris scole ad s. Annam, dominus distulit terminum ad probandum mgro Martino contra testes, inductos per prefatum Iacobum, baccalarium, quod sunt sui capitales amici[7] et infamatores, hinc infra ad quindenam[2] proxima feria tercia post Conductum Pasche[6]. Presentibus in actis.

630[8]. Die Mercurij xj mensis Marcij. Iohannes Zayanczek, studens, citatus ad instanciam Honeste dne Barbare de Cracouia pro quodam debito, videlicet xxj florenis, occasione expensarum.

631. Die Veneris xiij mensis Marcy. Mgr. Martinus retulit, se citasse dnum Michaelem de Pijnsko ad instanciam mgri Petrj de Coslowo ex mandato vicerectoris Venerabilis viri, dni Stanislai[9] de Zawada. Presentibus in actis.

632. Die Veneris, ut supra. Ex mandato dni vicerectoris mgr. Martinus retulit, se citasse dnum Michaelem de Pynsko ad instanciam

---

[1] »sui«, sic! [2] Sic! [3] Kotowicensis. [4] scholae rector. [5] Georgii de Cracovia. [6] 31. III. [7] »amici«, sic! [8] Nrus 630 in omni parte sua deletus. [9] In Codice »Venerabili viro, dno Stanislao«.

mgri Mathie de Cobilino ad primam iuris post festum Pasche[1] ad uidendum libello[2], alias proposicionem facti coram Venerabili viro, dno dre Stanislao de Zawada, vicerectore.

633. Die Veneris xiij mensis Marcij. Mgr. Petrus[3] de castro[4] contra Michaelem de Pijnsko, baccalarium, proposuit, quod idem bacc. vnum fertonem ex mutuo sibi tenetur. Ex aduerso bacc. predictus petiuit, sibj terminum darj ad deliberandum ad primam iuris post festum Pasche[1]. Et dominus dedit terminum iuxta peticionem hoc adiecto, quod idem bacc. ibidem in termino deliberatus ad proposicionem predicti mgrj respondebit.

634. Die Iouis xxvj mensis Marcij 1478. Mgr. Iohannes de Camyecz[2] recognouit[5] confessus coram vicerectore, dno dre de Zawada, dicendo, quod ipsius consanguineus, videlicet Anthonius de prefata Camyenyecz, fuit tunc in camera, cum Iohannes, actor de Asszuwarcza[2], venerat cum sapiencia ad citandum, quem predictus mgr. clausit in camera, nec ostendit illum ad citandum. Dominus autem dr. decreuit, res prefatj Anthonij et mgri fratris eius arrestarj, donec satisfecerint pauperibus studentibus. Presentibus, vt in actis.

635. Die Iouis xxvj mensis Marcy. Honorabilis mgr. Bartholomeus[6] proposuit contra Michaelem de Camyenyecz in Vngaria, principaliter citatum per sapienciam, interrogando eundem Michaelem de de[2] Anthonio, si fuisset pro isto tempore, quo querebatur ad citandum. Ipse negauit dicendo, non fuisse eundem Anthonium in domo, et prefatus Michael confessus, de aliquibus libris eundem habuisse in vadio prenominatj Anthony. Aduersa pars petiuit dominum ad arrestandum huiusmodj libros, dnus autem Stanislaus de Zawada, professor s. theologie, decreuerat, arrestarj per notarium publicum et omnes libros conscribere[2]. Presentibus, vt in actis.

636. Die Veneris xxvij mensis Marcy. Mgr. Iohannes de Camyenyecz cauit pro Anthonio, suo fratre, et obligauit ipsum statuere coram dno rectore pro feria tercia proxime ventura[7] ad iusticiam de eo recipiendam, quod si reus non comparuerit, extunc se idem mgr. posuit ad causam pro eo et principalem, sub pena centum florenorum. Et nichilominus dicti mgrj Iohannis res, ad instanciam cuiusdam Iohannis de Swarcz et suorum litis consortum pridie arrestatas, occasione dicte cause, Antonio prefato mote, arrestatas[2], dominus dearrestauit.

637. Die Saturni xxviij mensis Marcy. Honorabilis dnus Gothardus de Dambrowka consensit in absolucionem Nicolao de Wyszna, clerico diocesis Plocensis, ob spem satisfaccionis infra hinc usque ad

---

[1] post 22. III. [2] Sic! [3] Kozłowita. [4] rector scholae in castro Cracoviensi. [5] »recognouit« deletum. [6] Żnenensis. [7] 31. III.

festum s. Stanislai in Mayo[1] pro residuitate, videlicet vigintj duorum grossorum. Presentibus in actis.

638. Die Saturni xxviij mensis Marcy. Iohannes Cosczyensky proposuit contra Paulum, studentem de Tzrasnysz[2], quod dedit sibj expensas pro 3bus septimanis, Paulus vero e conuerso respondit, duabus septimanis habuit[2] expensas, pro quibus tunc paratus est respondere. Dominus distulit terminum ad probandum Iohanni ad feriam 3am proximam[3] per testes. Presentibus, ut in actis.

639. Die Saturnj xxviij mensis Marcy. Mgr. Vincencius dno rectori inhibuit in causa, quam habet facere[2] coram officiali[4], ne in causa apud officialem attemptaret contra Alexandrum, studentem, ex vna rectorem[5] ad s. Spiritum. Qui quidem dnus rector excepit eundem Alexandrum circa officialem generalem, sub pena excomunicacionis et Statutj Vniuersitatis. Presentibus Iohanne de Thulcze et me, notario Samuele, testibus ad premissa.

640. Die Martis vltima mensis Marcij[6]. Honorabilis dnus Michael de Pynsko, citatus per mgrum Mathiam de Cobilino, actorem, pro quibusdam sexternis »Colibetj«[7] s. Thome[8], sibi mutuatis. In termino quoque comparens ad proposicionem prefati mgrj Mathie prenominatus Michael negauit narrata, prout narrantur, et protestatus est de requirendo prefato mgro Mathia. Presentibus in actis. Et nichilominus dominus decreuit probacionem mgro Mathie, quam facere deberet infra hinc ad octauam, et continuauit terminum predictum.

641. Die Martis vltima mensis Marcy. In causa mgrj Petrj[9] ex vna et Michaelis[10] de Pynsko, baccalarij, idem bacc. ad proposicionem dicti mgri respondendo negauit narrata, prout narrantur, et petiuit, petita fierj non debere. Et dominus terminum prefixit terminum[2] dicto mgro ad probandum ad feriam quintam proximam[11]. Et in continenti mgr. Petrus contra eundem bacc. proposuit, quod Priscianum[12] maiorem et breuiorem sibi in mutuum dedisset. Baccalario ex aduerso hoc diffitente et negante, et dominus admisit ad probandum. Baccalarius requerrendo[2] dictum mgrum proposuit, quod eidem mgro »Exercicia« Donati et »Lecturam« Petri Hispani »Tractatuum« sibj mgro[2] concessit. Mgro ex aduerso mgro[2] Petro allegante, restitucionem sibj fierj factam, quam probabit infra hinc ad octauam.

642. Die Martis vltima mensis Marcy. Illius Iohannis de Swarcz ex vna et Anthonij de Camyenyecz in causa dominus terminum, ad hodie cadentem, ex certis causis, animum suum mouentibus, ad idem faciendum continuauit, presentibus dictis partibus, ad feriam quintam

---

[1] 8. V. [2] Sic! [3] 31. III. [4] ecclesiae cathedralis Cracoviensis. [5] scholae. [6] 31. III. [7] = Quodlibeti. [8] Aquinatis. [9] Kozłowitae. [10] In Codice »Michaele«. [11] 2. IV. [12] Prisciani »Grammaticam«.

proxime venturam[1], et nichilominus sub forma priorj mgr. Iohannes de Camyenyecz dictum Antonium pro die prefata statuere iudicio cauit. Presentibus, ut in actis.

643. (Die Mercurii prima Aprilis). Xristi nomine invocato, pro tribunalj sedentes, solum Deum et iusticiam pre occulis habentes, per hanc nostram sentenciam diffinitiuam, quam de consensu et consilio dnorum drum, consiliariorum nostrorum, in his scriptis ferimis in causa, inter Iohannem de Swarcz ex vna et Anthonium de Camyenyecz partibus ex altera, studentibus, vertente, pro pecunys, videlicet xxti florenis, per ipsum Iohannem apud Anthonium depositis et per ipsum ammissis, dicimus, decernimus, diffinimus et declaramus, ipsi, scilicet Anthonio, idem minime licere nec licuisse, sed plene et integre restitui res et pecunias ipsi Iohanni debuisse, fore condempnandum et condempnamus ad restitucionem et solucionem xxti florenorum, medium, videlicet decem florenos, nunc, et medium ad festum s. Michaelis[2], sub pena excommunicacionis et alys censuris ecclesiasticis. Lecta, lata et in scriptis pronunciata est hec sentencia diffinitiua per Venerabilem virum, dnum Mathiam de Cobilino, s. theologie professorem, decanum ecclesie s. Ffloriani, rectorem et succonseruatorem Alme Vniuersitatis Study Cracouiensis, anno Dni mcccc septuagesimo octauo, indiccione vndecima, pontificatus ss. in Xristo patris et dni nostrj, dni Sixti, diuina prouidencia pape quarti, anno eius septimo, die vero Mercury prima mensis Aprilis in Collegio artistarum in stuba communi. Presentibus Honorabilibus dnis, mgro Bartholomeo de Sneyna, collegiato in minorj, Stanislao, sapiencia, et me Samuele, in causa notario[3] et scriba dni rectoris[4].

644. Die Mercury prima mensis Aprilis. Honorabilis mgr. Iohannes et Anthonius, frater suus germanus de Camyenyecz, constituerunt in procuratorem mgrum Iohannem de Wyeliczka in causa et causis, quam habent cum quodam Iohanne Vngaro de Swarcz, ad agendum, defendendum, citandum et generaliter omnia et singula faciendum, et alias in meliorj forma habere et tenere per ipsum procuratorem suum facta, gesta ac quomodolibet ordinata.

645. Die Martis septima mensis Aprilis. Honorabilis dnus dr. Georgius de Cracouia Laudamus[5] obligauit se soluturum 18 grossos Honeste Barbare de Cracouia ita, quod crastina die octo grossos soluere debebit et finem pro festo s. Michaelis[6], sub censuris ecclesiasticis. Presentibus in actis.

646. Die Iouis nona mensis Aprilis. Ingeniosus Stanislaus retulit, se citasse Discretum Iohannem de Xanze polye pro quibusdam

---

[1] 2. IV. [2] 29. IX. [3] In Codice »notarius«. [4] Ad calcem nri 643 adscripsit alia manus et statim delevit: »Die vero secunda mensis Aprilis dominus pronunciavit se iudicem competentem, decreuit oportunos processus contra Michaelem de Pynsko«. [5] »de Cracouia Laudamus« in margine additum. [6] 29. IX.

sexternis. Dominus distulit terminum eisdem ad diem Sabbatum proximum[1], ad ducendum Albertum, scolarem, iurarj cum prefato Iohanne. Presentibus, vt in actis.

647. Die Mercurij quindecima mensis Aprilis. Ingeniosus Martinus de Byelicze proposuit contra mgrum Stanislaum de Cracouia, quod eum obligauit ad quosdam labores scolasticos et promisit sibj satisfacere, pensat autem sibj labores ad tres florenos. Et mgr. respondendo negauit[2], prout narrantur, dominus autem Martino admisit ad probandum ad feriam terciam post dominicam Cantate[3]. Presentibus, ut in actis.

648. Die Iouis xvj mensis Aprilis anno Dni mcccc septuagesimo octauo. Nicolaus de Borowicze obligauit se soluere mediam marcam sine vno grosso Iohanni de Krzywa noga infra hinc ad festum s. Stanislai proxime venturum[4], sub censuris ecclesiasticis.

649. Die Lune xx mensis Aprilis. Venerandus dnus Mathias[5], rector Vniuersitatis Cracouiensis, distulit terminum pro feria tercia proxima post dominicam Cantate[3], vna cum decano[6] facultatis arcium, ad diffiniendam sentenciam arbitralem inter Iohannem de Swarcz, actorem, et Anthonium, reum de Camyenyecz, et fratrem suum, mgrum Iohannem de eadem Camyenyecz, qui quidem mgr. Iohannes prenominatus debet audire sentenciam arbitralem sub pena excommunicacionis. Presentibus me Iohanne de Thulcze etc.

650. Martis[7] xxj Aprilis. Martini de Byelicze, studentis, ad delacionem mgr. Stanislaus de Cracouia ex decreto domini cras hora terciarum iurabit in presencia Nicolai de Iarzymirz, dicti mgri Stanislai nuncij, egritudinem allegantis et terminum, ad hodie cadentem, pro crastina die suscipientis. Presentibus, ut in actis.

651. Iohannis de Cracouia, baccalarij, ad instanciam Honorabilem mgrum Matheum de Cracouia, per Discretum Stanislaum, domini nuncium generalem, citatum, videlicet[8] horam solitam et consuetam, expectatum et non comparentem, dominus pronunciauit contumacem.

652. Loduigum, studentem de bursa Ierusalem, non iurantem[9], iuxta delacionem Prouidi Andrisz, sartoris de Cracouia, occasione residui debiti occasione reformacionis duarum zubarum pridie factam, in petitis[10] condempnauit et processus decreuit.

653. Martini de Byelicze, studentis, ab vna et mgri Stanislai de Cracouia, rectoris scolarum ad Corpus Xristi in Casimiria, ex altera partibus in causa dominus, recepto iuramento corporali a prefato Mar-

---

[1] 11. IV. [2] narrata. [3] 21. IV. [4] 8. V. [5] Kobylinko. [6] In Codice »decanis« [7] In Codice »Lune« correctum in »Martis«. [8] ad. [9] Sic! [10] dnus rector.

tino, sibi per mgrum Stanislaum relato, quod pro seruicijs, in prefata scola ad Corpus Xristi factis, idem mgr. promisit satisfacere, decreuit, ut idem mgr. Stanislaus mediam marcam pecuniarum occasione premissa infra hinc ad festum s. Iohannis Baptiste immediate affuturum[1] sub censuris ecclesiasticis soluat. Presentibus, ut supra.

654. Iohannes Gerwasij de Sworcz dyocesis Albensis, studens Vniuersitatis Cracouiensis, et mgr. Iohannes de Crasna, Discreti Anthonij de ibidem, studentis eiusdem Albensis dyocesis, sui germani, nomine cauendo de rathihabicione eiusdem, ipse Iohannes de Sworcz, sentencie diffinitiue, superius in actis die Mercurij prima mensis Aprilis contente[2], ipse quoque mgr. Iohannes, apellacioni ab eadem sentencia per prefatum Anthonium, fratrem suum, interposite et eius prosecucioni renunciantes, expensisque et impensis ac fatigis parcere volentes, in Venerabiles viros, dnos mgros Mathiam de Cobilino, decanum[3] et rectorem Alme Vniuersitatis, Stanislaum de Zawathka[4], s. theologie professores, canonicum s. Ffloriani in Cleparz, Mathiam de Costhen, s. Anne in Cracouia, Iohannem de Oswyanczim[5], sancti Nicolai extra muros Cracouienses ecclesiarum rectores, decretorum, Iohannem de Reguli, medicine, dres, Iohannem de Glogowia, arcium et aliarum prefatarum facultatum decanos, et Bernardum de Myanow, canonicum Sandeczensem, tamquam arbitros, arbitratores et amicabiles compositores, de alto et basso compromiserunt, renunciantes per expressum et scientes omnibus contradiccionibus iuris et facti, quominus laudum siue arbitrium, per eos faciendum et pronunciandum, suum debitum illico sortiretur effectum. Qui quidem dni arbitri, arbitratores prenominati, suscepto in ipsos propter bonum pacis arbitrio, huiusmodi sentenciam diffinitiuam arbitralem prefatis partibus presentibus et petentibus tulerunt in hunc, qui sequitur, modum. Cristi nomine invocato et ipsum solum Deum pre oculis habentes, pro tribunalj sedentes in causa presenti, inter Discretos dnos, Iohannem de Sworcz et Anthonium de Craszna, Vniuersitatis Cracouiensis studentes, coram nobis vigore compromissi, in nos libere facti, vertente, per hanc nostram sentenciam diffinitiuam arbitralem, quam de assensu dnorum coarbitrorum nostrorum ferimus in his scriptis, dicimus, decernimus, pronunciamus et declaramus omnes lites, inter partes exortas, extingwendas et mortificandas, mortificamusque et extingwimus easdem. Item pronunciamus et laudamus, quod prefatus Antonius dicto Iohannj soluat decem fflorenos, alias medium in sentencia, contra eum lata, sume ibidem expresse, infra hinc ad festum sancti Michaelis proximum[6]. Quod si huiusmodi decem fflorenos sibi Iohanni soluere pro dicto termino recusauerit et neglexerit, extunc sentenciam diffinitiuam, de viginti fflorenis contra eum latam, saluam in toto fore volumus et ipsum ad parendum eidem obligatum fore decernimus. Item, ut hec nostra sentencia arbitralis sit firma et solida, penam centum fflorenorum interponimus et vallamus, parti tenenti huiusmodi sentenciam nostram per partem in toto uel

[1] 24. VI. [2] Cf. nrum 643. [3] s. Floriani. [4] »Zawathka«, sic! [5] Sacranum? [6] 29. IX.

in parte contrauenientem irrefragabiliter persoluendam, sentencia nostra huiusmodj nichilominus in suo robore permanente. Item expensas huiusmodj factas compensamus. Lecta, lata et in scriptis pronunciata fuit hec nostra sentencia diffinitiua arbitralis per nos Bernhardum, canonicum prefatum, de consensu et annuencia nostrorum coarbitrorum, anno Dni millesimo ccccLxxviij die Martis xxj Aprilis hora vesperarum in stuba superiori alba Collegij maioris artistarum, prefatis partibus presentibus et petentibus. Quam quidem sentenciam diffinitiuam arbitralem, sic latam, prefate partes in omnibus suis punctis, articulis et clausulis laudarunt, approbarunt et emologarunt penamque in eadem vallatam susceperunt per solennem manus suplicacionem, in manibus mei notarij infrascripti, facti huiusmodj scribe[1], factam. Presentibus ibidem Honorabilibus et Circumspectis dnis mgro Bartholomeo de Zneijna, collegiato in maiorj, Iohanne de Wyeliczka, causarum consistorij Cracouiensis procuratore, et alijs quam pluribus testibus fidedignis, ad premissa vocatis. Albertus Iohannis de Cleparz, facti huiusmodj scriba, subscripsit.

Acta coram Wenerabili viro, mgro Stanislao de Zawada, s. theologie professore nec non rectore Alme Vniuersitatis Study Cracouiensis, comutacione estiuali anno Dni millesimo quadringentesimo septuagesimo octauo[2].

656. Saturni secunda Maij. Martinus de Gorlicze contra Ambrosium de Lucv[3] verbo proposuit pro nouem grossis, eidem Martino prefato exigendos et commissos per quendam Iohannem, studentem nostre Vniuersitatis. Ambrosius ex aduerso respondit ad proposicionem prefatam, quod viginti quinque grossos pro plumatica Iohanni dedisset et finem, duntaxat septem grossorum, Iohanni retinuisset. Dnus rector decreuit terminum probandj actorj intencionem suam, alias per litteram Iohannis de Gorlicze, si fecisset mencionem suam de nouem grossis, ad feriam terciam proximam[4]. Presentibus in actis.

657. Idem Martinus, studens de Gorlicze, querulose exposuit aduersus eundem Ambrosium de Lucaw pro infamatorys verbis, et quedam verba dixisset coram certis studentibus, qualiter prefatus Martinus, ipse studens, debuisset[6] eidem extraxisse pennas de plumatica prefato Ambrosio. Et extimat sibj infamiam ad vnum florenum. Aduersa pars negauit nar-

[1] In Codice »scriba«. [2] Actorum nri 656—718, Codicis pag 222—243.
[3] Sic! [4] 5. V. [6] In Codice »debuisse«, sic!

rata, prout narrantur. Dominus decreuit Martino ad probandum testibus, coram quibus infamatorys oblocutus est. Presentibus.

658. Martis quinta May. Ambrosius ex suis confessatis dno Martino de Gorlicze de septem grossis, commissis per quendam Iohannem, nostre Vniuersitatis studentem, soluere tenetur infra hinc per octauam, sub pena excommunicacionis. Presentibus in actis.

659. Georgius de Swanyecz[1] eciam ex suis confessatis, videlicet de tredecim grossis, Ambrosio prenominato infra hinc per quatuordecim dies soluere debet, sub pena excommunicacionis, et librum sibj restituere tenetur. Presentibus, ut in actis.

660. Iouis septima Maij. In causa inter Stanislaum, actorem principalem de Wonijcz[1], ex vna et Matheum, baccalarium de Przemislia, ex altera, dominus ad proximum Sabbatum[2] terminum distulit ob spem concordie, alias ad idem faciendum. Et locabunt arbitros pro eadem die, quos comportabunt pro hora duodecima ad habitacionem Venerabilis ac Egregy virj, mgrj Stanislaj de Zawada. Presentibus, ut in actis.

661. Saturni nona Maij. Cristi nomine invocato pro tribunali sedentes, solum Deum pre oculis habentes, per hanc nostram arbitralem sentenciam diffinivimus et decreuimus[1], quod occasione quarundam controuersiarum, inter Stanislaum de Woynijcz ex vna et Matheum de Premislia, arcium baccalarium, ex altera subortarum, quod inprimis omnes prefatas altercaciones et discordias mortificamus. Postea idem bacc. sub uadio xxx florenorum debet expurgare infamiam Stanislai, si quam de ipso commisit[1], coram personis honestis publice, et reuocare dicendo hec verba, quod nichil mali scio de prefato Stanislao, sub eodem vadio. Idemque bacc. soluat duos florenos pro festo s. Michaelis proxime venturo[3] Stanislao supradicto, eciam sub censuris ecclesiasticis. Item expedire eidem Stanislao debet absolucionem de consistorio Premisliensi, quibus Stanislaus fuerat innodatus ad instanciam Petri, viccarij ibidem.

662. Mercurij tredecima Maij. Comparens personaliter apud acta Honorabilis mgr. Matheus Merthenczan de Cracouia confessus est, se tenerj Honorab. duo Iohanni Wolnij de Cracouia, arcium liber. baccalario, septem florenos in auro occasione quarundam rerum assumptarum, quos quidem florenos infra hinc ad festum s. Iohannis Baptiste proxime futurum[4] idem debitor eidem creditorj obligauit se soluturum sub pena excommunicacionis. Presentibus ibidem Stanislao[5] de Nowa ciuitate alias de Russia, actu studente, et me Samuele, notario de Gnezna, [6]ad premissa.

663. Veneris quindecima May. Veniens ad acta nostra Honorabilis et Ingeniosus dnus mgr. Bartholomeus de Wydawa et Sta-

---

[1] Sic! [2] 9. V. [3] 29. IX. [4] 24. VI. [5] Biel alias Albino. [6] testibus.

nislaus de Mikorzicze, arcium liberalium baccalarius, confessi sunt, tenerj Honorab. mgro Martino de Kothouicze, rectori scolarum ad s. Annam in Cracouia, Stanislaus, bacc., quatuor florenos, et mgr. Bartholomeus vnum florenum, quos quidem florenos Stanislaus Mikorzsky infra hinc ad festum Pascatis anni futurj[1], et mgr. Bartholomeus vnum florenum ad Assumpcionem Marie Virginis anni futurj[2] obligauerunt se soluturos sub pena excommunicacionis. Reposicionem huiusmodj pecuniarum habebunt ad Venerabilem et Egregium virum, dnum Stanislaum de Zawada, professorem s. theologie et rectorem protunc Alme Vniuersitatis Studij Cracouiensis, aut ad Wenerab. mgrum Bernardum[3], collegiatum maioris Collegij de Nissa et canonicum[4] s. Fflorianj. Presentibus ibidem Venerabilibus et religioso viro Alberto Seczenskij, professore s. theologie, et Nicolao de Kuyawija, fratribus[5] ordinis s. Dominicj, et Stanislao[6] de Noua ciuitate, studente, testibus ad premissa.

664. Honorabilis mgr. Martinus de Kothowicze, rector ad s. Annam scolarum, proposuit contra et aduersus Venerabilem virum, dnum Mathiam de Costhen, decretorum drem et plebanum s. Anne, occasione non solucionis salarij medie marce, dnus autem rector et plebanus s. Anne negauit narrata, prout narrantur. Dominus decreuit Martino ad probandum de huiusmodj solucione salary scole, quod antecessores plebani dabantur et successores dare tenerentur, ad feriam terciam proximam[7]. Presentibus.

665. Premissa citacione per sapienciam ex mandato dni rectoris Venerabilis vir dnus Mathias de Costhen, decretorum dr., proposuit contra prefatum mgrum Martinum[8], qualiter sibj destruxisset scolam, laniauisset, extraxisset etc. Aduersa pars negauit narrata, prout narrantur. Decreuit dominus dno drj ad probandum ad feriam proximam terciam[7]. Presentibus, ut in actis.

666. Saturni sedecima May. Constitutus personaliter Honorabilis mgr. Martinus de Kothowicze constituit in suum procuratorem Ingeniosum dnum Stanislaum de Mikorzicze, baccalarium, in causa, inter ipsum Martinum et Venerabilem dnum Mathiam de Costhen, decretorum drem et plebanum ad s. Annam, coram dno rectore mota aut mouenda, promisit ratha, grata per per[9] ipsum facienda, ad agendum, defendendum, proponendum, allegandum, que in huiusmodj causa fuerint necessaria, et que ipse solus dnus constituens facere posset, et generaliter in omnibus causis, quecunque emerserunt aut que in futuris fuerint, potestatem leuandj, extorquendj, exigendj, opponendj et alias in forma meliorj faciendj. Presentibus Honorab. dnis Stanislao, sapiencia, et Stanislao[6] de Noua ciuitate alias de districtu Premisliensi, testibus ad premissa.

---

[1] 11. IV 1479. [2] 15. VIII 1479. [3] Mikosz. [4] In Codice »canonic/«.
[5] In Codice »fratres«. [6] Biel alias Albino. [7] 19. V. [8] Kotowicensem. [9] Sic!

667. Xristi nomine inuocato et ipsum solum Deum pre oculis habentes, pro tribunali sedentes, in causa presenti inter Honorabilem mgrum Martinum de Cothouicze ab vna et Honestam dnam Katherinam, coctricem plebani ad s. Annam, partibus ex altera coram nobis vigore compromissi in nos litem facti vertente, per hanc nostram sentenciam diffinitiuam arbitralem, quam de assensu coarbitrorum nostrorum ferimus in his scriptis, dicimus, decernimus, pronunciamus et declaramus, omnes lites, inter partes exortas, extinguendas et mortificandas mortificamusque et extingwimus easdem. Item pronunciamus et laudamus, quod prefatus mgr. Martinus predicte Katherine soluat fertonem vnum, tali adiecto, quod dnus plebanus ad s. Annam, occasione salarij et seruicij, dnus Mathias de Costhen soluat vnum fertonem mgro Martino et alium dabit fertonem coctricj sue racione porcionum carnium, receptarum per prefatum mgrum Martinum. Item, vt hec nostra sentencia arbitralis sit firma et solida, penam decem marcarum interponimus et vallamus, parti tenenti huiusmodj sentenciam nostram per partem in toto vel in parte contrauenientem irrefragabiliter persoluendam, sentencia nostra huiusmodj nichilominus in suo robore permanente. Lecta, lata et in scriptis pronunciata fuit hec nostra sentencia diffinitiua arbitralis per nos Wenerabilem ac Egregium virum, dnum Iohannem de Osswanczim[1], s. theologie professorem et canonicum sancti Florianj, de consensu et annuencia nostri coarbitrj anno Dni millesimo quadringentesimo septuagesimo octauo, die Saturni sedecima Maij hora terciarum in stuba Venerab. ac Egregy viri, mgri Stanislai de Zawada Collegij artistarum, prefatis partibus presentibus et petentibus, penamque in eadem vallatam susceperunt per solennem manus stipulacionem in manibus mej notarij infrascripti, facti huiusmodj scribe, factam. Presentibus ibidem Honorab. dnis Stanislao de Mikorzicze, arcium liberal. baccalario, Stanislao, sapiencia, Stanislao[2] de Premislia, et alijs quam pluribus testibus fidedignis ad premissa. Samuel Symeonis de Gnezna, facti huiusmodj scriba, subscripsit.

668. Stanislaus, sapiencia, retulit, se citasse baccalarium Stanislaum de Florencia[3] ad instanciam Ingeniosi Bernardi de Tharnow, qui quidem Bernardus proposuit, quod arrestauit sibj res in bursa pauperum prefatus Stanislaus. Ex aduerso autem respondit pars satisfaciens proposicioni dixit[4] et allegauit causas racionabiles, quia ablatus esset sibi cantarus in valore medy floreni, ideo arrestauisse sibi res ipsius, et de nullo velit[4] scire, duntaxat de ipso Bernardo eo, quod est concameralis. Alter autem bacc., videlicet Gregorius de Ianoslowicze[4], eciam contra prenominatum Bernardum proposuit, quod sibj pridie recepta esset camisia noua de labore bono, et alter concameralis ad premissa eciam respondebat de perdicione et ablacione de huiusmodj rebus. Dominus autem rector decreuit prenominato Bernardo corporale iuramentum feria secunda[5] hora terciarum, alias hora 12[4], quod iurabit, quod nichil scit de rebus huiusmodj et pro suo seruitore faciet proxima. Et

---

[1] Beber. [2] Biel [3] = Kleparz. [4] Sic! [5] 18. V.

nichilomiuus dicti Bernardj res, ad instanciam eiusdem Stanislai de Florencia et suorum litis consortum pridie arrestatas, occasione dicte cause, Bernardo prefato mote, arrestatas[1], dominus dearrestauit, ipse autem Bernardus spopondit termino parere, sub pena excommunicacionis. Presentibus Stanislao et Iohanne, sapiencijs.

669. Leonardus de Theka, baccalarius, coram dno rectore bona fide promisit, quod Iohanni de Regen velit infra hinc per octauam dimidium florenum alterum dare et reponere sub censuris ecclesiasticis. Presentibus, ut in actis.

670. Ad instanciam Honorabilis dni Iohannis de Schydlowiecz ad relacionem Stanislai, sapiencia[1] dixit, se citasse Ingeniosum Petrum Spynek, studentem. Dominus ob non paricionem ipsius Petrj Spinek pronunciauit eum contumacem. Presentibus, ut in actis.

671. Dnus rector, actore petente, Ambrosium de Lucaw pronunciauit eum contumacem, quia non fecit solucionem obligatam ad acta Martino de Gorlicze[2]. Presentibus, ut in actis.

672. Mercurij xx mensis May. Die Mercury xx mensis May, Xristi nomine inuocato et ipsum solum Deum pre oculis habentes, pro tribunali sedentes, in causa presenti inter Stanislaum de Fflorencia, baccalarium, ab vna et Bernardum de Tarnow, eciam bacc., partibus ex altera, per hanc nostram sentenciam diffinitiuam dominus[1] pro hac vice partibus silencium imposuit, et sub pena obediencie mandauit Stanislao de Florencia, ut amplius et de cetero non diffamare aut quocunque alio modo dehonestare[3] prenominatum dnum Bernardum de Tarnow occasione perdicionis cantarj stannej. Presentibus Honorabilibus Stanislao[4] de Noua ciuitate alias de districtu Premisliensi, et me notario, facti huiusmodj scriba de Gnezna, testibus ad premissa.

673. Saturnj xxiij May. Ingeniosus Stephanus de Thessen, actu studens, proposuit iniuriam suam aduersus Petrum Cluczewskij, de bursa Ierusalem studentem, quomodo et qualiter alienauit et retraxit a prefato Stephano de s. Anna clericum nomine Cristophorum, suum compatriotam et secum Cracouiam adductum, visum et repertum. Petro autem respondendo ad proposicionem, dicendo coram dno rectore, quod non velit eundem restitutum facere, dominus spiritualiter mandauit sibj restitui prefatum clericum infra hinc ad feriam secundam proximam[5], sub censuris ecclesiasticis et ex officio rectoratus. Presentibus Iohanne, sapiencia, ad premissa.

674. Premissa citacione per Iohannem, sapienciam, Katherina de Cracouia precedendo et antecedendo virum suum, existens actrix et

---

[1] Sic! [2] Cf. nrum 656 et sqq. [3] audeat. [4] Albino. [5] 25. V.

caput[1] sui virj, proposuit contra Bartholomeum de Sandomiria, baccalarium, quomodo eandem diffamasset malis et inhonestis verbis contumeliosis, asserens eandem calumpniatricem, deceptricem, malefactricem, furtricem, pernitricem[1], et alia. Bartholomeus respondendo ad proposicionem dixit coram viro suo, quod tua vxor mala est, et alia narrata narrauit[1], prout narrantur. Dnus autem rector prorogauit terminum hodie per octauam ad probandum supradicta dixisse Katherine per testes. Presentibus, vt in actis, et viro in presencia existente. Et nomine Katherine vir cum vxore narrata probabunt.

675. Georgius de Sweynycz[1] obligauit se soluturum non per se sed per actorem, Ambrosium de Lucaw, infra hinc per octauam sub censuris ecclesiasticis quinque grossos, et de inscripcionibus duos tenebitur presentare. Presentibus, ut in actis.

676. Martis xxvj Maij. Iohannes de Olomancz, comparens personaliter apud acta, obligauit se soluturum octo grossos Ingenioso Iohanni de Warschowia infra hinc et festum s. Viti proxime affuturum[2], sub censuris ecclesiasticis. Presentibus, ut in actis.

677. Iouis xxviij Maij. In causa Honeste Katherine de Cracouia et Bartholomeo[1] de Sandomiria, arcium baccalario, partibus ab altera vertentibus[1], facta est composicio amicabilis, ita tamen, quod puerum ipsa baccalario ad conseruandum dabit quousque ad festum s. Michaelis[3]. Si autem Katherina prefata[1] post festum s. Michaelis, baccalarius[1] male puerum conseruauerit, extunc ex sua voluntate recipere potest aut dimittere, considerando de conseruacione honesta puerj. Si eum mater receperit, extunc ipse Bartholomeus ad puerum nichil scire voluerit, neque ad conseruandum, neque ad supportandum. Et dominus eis imposuit silencium perpetuum in omnibus factis et faciendis. Presentibus, ut in actis. Inter quos penam vallamus viginti marcarum.

678. Veneris xxviiij May. Veniens ad acta nostra personaliter Nobilis et Ingeniosus dnus Petrus Spynek, actu studens nostre Vniuersitatis, occasione cuiusdam librj deperdicionis Allexy de Lublyn, qui quidem Petrus obligauit se soluturum dno Allexio prefato decim octo grossos infra hinc ad festum s. Allexy proxime affuturum[4], sub censuris ecclesiasticis. Presentibus, ut in actis.

679. Honorabilis et religiosus vir, mgr. Martinus de Kothowicze, ordinis s. Bernardini, quondam rector scolarum ad s. Annam, in claustro s. Bernardini[1], personaliter constitutus, constituit in suum procuratorem Venerabilem ac Egregium virum, dnum Stanislaum de Zawada, s. theologie professorem rectoremque Alme Vniuersitatis Studij Cracouiensis, absentem tanquam presentem, in causa, quam habet uel habi-

---

[1] Sic! [2] 15. VI. [3] 29. IX. [4] 17. VII.

turus est cum quibusdam fidedignis personis, mgro Martino iniuriantibus, ad agendum, proponendum, allegandum, pecuniam tollendum et leuandum, et generaliter omnia et singula faciendum, que circa premissa fuerint necessaria, in forma meliorj et cum clausulis oportunis promisit rata, grata. Presentibus me Samuele de Gnezna, notario publico, et Iohanne, sapiencia, testibus ad premissa.

680. Marcy[1] secunda Iuny. Ingeniosus Nicolaus de Lowicz proposuit contra Honorabilem Nicolaum de Guthow, arcium baccalarium, qualiter eundem minus iuste percussisset, iugulasset in terramque prostrauisset, tribus vicibus crinisauisset, nescitur, quo ductus spiritu fuisset. Ex aduerso bacc. Nicolaus animo litem contestando dixit, se ipsum defendisse alterj[1], qui iniecisset manus violentas in eundem bacc., et ipse[1] in adiutorium esse et fuisse atque venisse, et manus eciam in prefatum bacc. leuasse et percussisse[1]. Dnus rector decreuit ad probandum actorj infra hinc ad diem sabbatinum[2], et testes producet, facto tamen iuramentum[1] corporale et diligenter examinatis de huiusmodj offensa, lesione, aut concordiam intrabunt[1]. Presentibus, ut in actis. Et in instanti dominus mandauit sub pena obediencie eisdem, vt viverent pacifice, ut vnusquisque alium non audeat infamare atque negocia aliqua inhonesta incipere.

681. Saturni vj Iuny[1]. Marcy[1] secunda Iuny[1] Honorabilis dnus Anthonius de Casszhowia, arcium liberalium baccalarius, proposuit contra et aduersus Valentinum de Pilszno, arcium bacc., qualiter recepisset et eundem conuenisset de informacione in organo tactum[1] et insuper dedisset marcam vnam, deinde prefatus Anthonius asserebat, a prefato bacc. Valentino nichil informauisse[1]. Ex aduerso Valentinus respondebat ad proposicionem, quod eundem informauisset diligenter et aliquos tactus sciuisset in prefato organo tangere et omnia, que concernunt ad organum, ostendisset et insuper notauisset, et dixit, eundem bacc. operam ad prefatum ludum non habuisse neque fecisse. Prenominatus Anthonius optabat e conuerso pecuniam dandam a sepefato dno Valentino. Dnus autem rector decreuit, quod locabunt assessores in arte huiusmodj ad videndum de tabulacione huiusmodj coram sua paternitate aut vbicunque alias, si eisdem placuerit, ad proximum diem Sabbatum[3], quecunque ipsi inuenerint, dominus eciam tenere velit[1]. Presentibus, ut in actis.

682. In causa inter Honorabilem Bartholomeum de Sandomiria ab vna et inter Venerabilem Martinum de Swyesz[4], partibus ex altera mgrum[1], dominus eundem mgrum Martinum ab instancia Bartholomej absoluit ob non paricionem Bartholomej, baccalarij. Presentibus, ut in actis.

683. Saturni tredecima Iuny. Thomas Regen, studens nostre Vniuersitatis, fecit solucionem Andree, barbitonsoris[1] de Cracouia,

---

[1] Sic! [2] 6. VI. [3] 6. VI?, 13. VI? [4] »Swyesz«, sic!

occasione medele, adhibite circa pedem prenominatj Thome, completam, videlicet duodecim grossos absqe mediante. Presentibus, ut in actis.

684. Iouis decima octaua. Comparens personaliter Ingeniosus Georgius de Swaynycz obligauit se soluturum vnum florenum et grossum cum $^1/_2$ Prouido et Honesto Henrico de Olomancz infra hinc et festum s. Iacobj proxime affuturum[1] sub censuris ecclesiasticis, talj autem adiecto, quecunque ipse Henricus apposuerit aut dederit pro processibus, soluere tenebitur idem Georgius. Presentibus in actis.

685. Solis xxviij Ivny. Venerabilis et legalis vir, mgr. Iohannes de Osschwanczim[2], collegiatus de minorj Collegio artistarum, confessus est, se ipsum tenerj Honesto et Prouido dno Andree, ciui de Cracouia, vna cum conthoralj sua Agnes, sex florenos cum medio. Quos quidem florenos prenominatus mgr. Iohannes obligauit se ipsum prenarratis personis sine aliqua prolongacione infra hinc ad festum s. Michaelis proxime venturj[3] soluturum[4], sub penis, ecclesiasticis censuris[5]. Presentibus dnis, Venerab. dno Stanislao de Zawada, s. theologie professore rectoreque Alme Vniuersitatis Studij Cracouiensis protunc, et me Samuele de Gnezna, notario publico et scriba huius factj, et alijs testibus fidedignis ad premissa.

686. Saturni quarta Iulij. Iohannes de Lamberk obligauit se apud acta nostra Prouido et Honesto Petro, barbitonsorj, soluere pro medicina adhibita circa manum prefatj Iohannis, tali adiecto, quod ipse Iohannes hodie per septimənam det, tradet[5] et exoluet medietatem, videlicet quatuor grossorum, et residuitatem pecuniarum ad festum proximum s. Iacobi[1], videlicet eciam quatuor grossorum, sub pena excommunicacionis. Presentibus in actis.

687. Iu causis Honestorum Stanislai et Martini de Cracouia, magistrorum, cum Iohanne de Olomancz, dnus rector alijs occupatus et ex certis respectibus, ad idem faciendum ad feriam quintam proximam[6] prorogauit[7], et ipsi deliberato animo proposicionem in scriptis producent. Presentibus in actis.

688. Martis vij Iuly. Veniens ad presenciam nostram legalis et Honestus Nicolaus Andree de Cracouia, probauit, se recepisse absolucionem et habuisse a dno officialj[8].

689. In causa inter Ingeniosum Iacobum de Czarkow[5] ex vna et Honorabilem Michaelem de Pijnsko facta est amicabilis composicio inter partes prefatas in hunc modum, videlicet quod prefatus dnus Michael protunc in amicabili concordia facta dedit duos florenos eidem Iacobo de Czarnkow, et residuitatem, videlicet medium florenum, pro festo

---

[1] 25. VII. [2] Sacranus. [3] 29. IX. [4] In margine adscriptum »soluit«.
[5] Sic! [6] 9. VII. [7] terminum. [8] Cracoviensi.

s. Michaelis[1], et pro festo Pasche[2] alium medium florenum cum tribus grossis ad tempora proxima soluenda[3], sub reincidencia et grauioribus. Qui quidem prenominatus Iacobus consenciens ipsi in absolucionem, liberum eum dimisit. Presentibus ibidem Venerabilibus et Egregys viris, dnis Stanislao de Zawada, s. theologie professore et rectore Alme Vniuersitatis Study Cracouiensis protunc, et Mathia de Cobilino, decano s. Florianj.

690. Iouis nona Iuly. Ingeniosus Valentinus de Gothbisz[3] obligauit se soluturum Iohanni de Rupcz[3] $^1/_2$ florenum tali condicione, quod ipse Valentinus crastina die soluere debet prenominato Iohanni octo grossos, et residuum dabit alios octo grossos ad festum s. Margarethe proxime affuturum[4], sub pena excommunicacionis. Presentibus, ut in actis.

691. Stanislaus Maszurek et Martinus Czebulek, turifices et ciues de Cracouia, proposuerunt[5] dnum Iohannem, studentem Studij Cracoviensis et filium Prouidi Mathie, balistarij de Olomunyecz, quod licet ab anno pro Aduentu Xristi lapso eidem Iohanni tempore sue dictitatis certam summam pecunie, videlicet ipse Stanislaus tres florenos vngaricales cum decem grossis pecunie communis et Martinus decem septem grossos eiusdem monete, in mutuum sub spe solucionis fiende dederunt, ipseque Iohannes huiusmodj summas pecuniarum et florenorum ab eisdem tvrificibus realiter et cum effectu receperit, pro eisdemque sepius et caritatiue summis et debitis monitus fuerit, nichilominus tamen easdem summas extunc et usque ad presens soluere recusauit recusatque et contradicit minus iuste, petentes, eundem ad huiusmodj debita cum litis expensis cogi et compelli, iusta[3] sancta[3] mediante, presente dicto Iohanne et confitente, se ab eisdem creditoribus dictas summas recepisse, allegante tamen, non in vim mutui, sed in vim debiti sui patris prefati ad literas ipsis ex parte patris predicti presentatas. Ex aduerso dictis Stanislao et Martino, actoribus, huiusmodj allegacionem prefati Iohannis negantibus et petentibus, eundem ex confessatis suis ad soluendum prefata debita cum litis expensis condempnarj et cogi. Et dnus rector, auditis ipsarum parcium propositis et responsis, eundem Iohannem ex suis confessatis suprascriptis Stanislao et Martino in eorum petitis et litis expensis condemnavit per suam sentenciam diffinitiuam et decretum, et terminum solucionis hinc ad duas septimanas post festum s. Stanislai, proxime in affuturo autumpno celebrandj[6], faciende assignauit[7]. Quem in continenti de mandato Iohannes, sapiencia, ad satisfaciendum pro dicto termino ipsis actoribus monuit, sub pena excommunicacionis. Presentibus Venerabilibus viris, dnis mgro Martino de Cracouia et Stanislao, sapiencia, mgro Bernardo[8] de Nissa, testibus ad premissa.

692. Veneris decima Iuly. Honorabilis mgr. Stanislaus de Cracouia, rector scolarum ad Corpus Xristi in Kazimiria, reposuit dno

---

[1] 29. IX. [2] 11. IV 1479. [3] Sic! [4] 13. VII. [5] contra. [6] post 27. IX. [7] In Codice »*et* assignauit«. [8] Mikosz.

rectorj Alme Vniuersitatis Study Cracouiensis in manus sue paternitatis mediam marcam racione obligacionis in actis factis, per antecessorem rectorem[1] transactis, ad faciendam solucionem Martino de Byelicze pro quibusdam laboribus, in scola Kazimiriensi factis et satisfacturis. Et in continenti Iohannes, sapiencia, ex consensu et voluntate dni rectoris arrestauit prenominatam mediam marcam ad instanciam mgrj Stanislai prefatj. Presentibus in actis.

693. Saturni xviij Iuly. Ingeniosus dnus Mathias, studens nostre Vniuersitatis de Pijotrkow, obligauit se soluturum Honorabili dno Georgio de Pyotrkow, baccalario, florenum vnum cum quatuor decim scotis, tali adiecto, quod ipse Mathias infra hinc ad festum s. Bartholomei[2] prefato dno Georgio realiter et cum effectu reponat seu soluat vnum florenum, proxime affuturum[3], et quatuor decim scotos ad festum s. Michaelis[4] proxime affuturum, sub censuris ecclesiasticis reponat[3], et vnum grossum, quem grossum dederat prefatum Mathiam ad citandum. Presentibus Ingeniosis dnis, Iohanne, sapiencia, et me Samuele de Gnezna, ad premissa.

694. Honorabilis dnus Georgius de Septem castris, nostre Vniuersitatis studens Cracouiensis, obligauit se soluturum occasione expensarum, videlicet vnum florenum et octo grossos, Honeste dne Hedwigj Mykrathowa infra hinc ad festum proximum s. Bartholomej[2], sub censuris ecclesiasticis. Presentibus Iohanne, sapiencia, et me Samuele, notario, testibus ad premissa.

695. Ad instanciam dni Iohannis de Radoym[3] dnus decreuerat rector[3] contumaciam aduersus Stanislaum Brudek de Russia, et in continenti venit et arrestauit eandem non scribendam et promisit eidem Iohanni coram dno rectore satis efficere. Presentibus me notario de Gnezna Samuele etc.

696. Venerabilis dnus Stanislaus de Zawada, professor s. theologie rectorque Alme Vniuersitatis Study Cracouiensis, receptis quatuor marcis cum octo grossis pecuniarum ad collegiaturam, per exclusionem mgri Mathie de Schydlow vacantem, a Venerab. mgro Petro[5] de Zambrzecz, per eundem de mandato et iussu eiusdem dni rectoris a Prouido dno Nicolao, theloneatore Cracouiensi, receptis, quittacione dni rectoris quittato quittat[3] eundem, et liberum dimittit eundem mgrum Petrum per presentes.

697. xxj Martis Iuly. Honorabilis dnus Michael de Leopolj, arcium baccalarius, proposuit contra et aduersus Honorab. bacc. Andream, degentem in bursa pauperum, qualiter sub condicione apud eundem prefatum Andream comparauerat[6] tunicam coloris flanej, dicendo prefato bacc.: Ego do vobis quatuor florenos ad videndum[3] tuni-

---

[1] Mathiam Kobylinko de Kobylino, cf. nrum 653. [2] 24. VIII. [3] Sic! [4] 29. IX. [5] Świętopełk. [6] In Codice »companerauerat«.

cam pro eadem. Ex aduerso autem negauit narrata, prout narrantur, dicens, non sub condicione sibj eandem vendidisset et tradisset, sed habuisset contractum totalem super eandem. Dominus autem auditis hic et inde controuersys, decreuit actorj probare per iuramentum corporale feria quinta proxima post festum s. Marie Magdalene[1] hora terciarum. Presentibus in actis.

698. xxviij Iuly Martis. In causa Iacobi de Lomnij, studentis, actoris, ex vna et Stanislai de Czyeshanowa[2], rej, partibus ab altera, occasione capillacionis et infamie coram dno rectore expressatis, per ea, que vidimus et cognouimus, per hanc nostram sentenciam diffinitiuam pronunciamus, decernimus et declaramus, prefatum Stanislaum de Czyechanowa[2] occasione huiusmodi capillacionis et iniuriarum fuisse et esse[2]. Et ob hoc ipsum Stanislaum ex suis confessatis racione dictarum iniuriarum sibj, Iacobo de Lomnij, in libro »Ewangeliorum« et in quatuor grossis et in litis expensis condempnandum et condempnamus, expensasque et earum taxacionem nobis in postea reseruamus. Item, ut hec nostra sentencia arbitralis sit firma et solida, penam duarum marcarum interponimus et vallamus, partj tenenti huiusmodj sentenciam nostram per partem in toto uel in parte contrauenientem irrefragabiliter persoluendam. Lecta, lata anno et die, quibus supra, et pronunciata hec sentencia nostra per nos Stanislaum de Zawada, s. theologie professorem et rectorem Vniuersitatis Study Cracouiensis. Presentibus Honorabilibus dnis, mgro Petro de Zambrzecz, collegiato de maiorj Collegio artistarum, et Ingenioso Stanislao[3], actu studente de Noua ciuitate alias de districtu Premisliensi, testibus, fidedignis personis ad premissa.

699. Martis iiij mensis Augusti. In causa inter Stanislaum de Xanze pole, actorem[4], ab vna et mgrum Iohannem de Costan, partibus ab altera facta est composicio amicabilis coram dno rectore, ita tamen, quod ipsi maneant in pace, in tranquillitate, sub pena obediencie.

700. Ingeniosus Nicolaus de Hummemia obligauit se ipsum statuere infra hinc ad festum s. Michaelis[5] proxime coram dno rectore ad satisfaciendum et soluendum scolarj Marco de Nana alias de Vngaria, sub pena excommunicacionis. Presentibus Clemente de Vngaria et Stanislao[3] de Russia.

701. Iouis vj[6] mensis Augusti. Veniens ad acta nostra Ingeniosus Georgius de Swanycz[2], Prouidis et Honestis dnis Nicolao Craska et Iohanni[7] Leonardi de Cracouia, carnificibus, pro carnibus emptis apud prenominatos obligauit se soluturum: primo Nicolao, carnificj, tres florenos absque quinque grossis ad feriam quintam proximam post festum s. Laurencij[8], et Iohanni, alterj carnifici, mediam sexagenam ad festa

---

[1] 23. VII. [2] Sic! [3] Biel seu Albino. [4] In Codice »actore«. [5] 29. IX. [6] In Codice »viij«. [7] In Codice »Iohanne«. [8] 13. VIII.

s. Elisabeth proxime futura[1], sub censuris ecclesiasticis. Presentibus in actis.

702. Mercury xij mensis Augustj. Xristi nomine inuocato et ipsum solum Deum pre oculis habentes, pro tribunali sedentes in causa presentj, inter Honorabiles dnos, Stanislaum de Sluzewo ab vna et Iacobum de Coszmjno, partibus ab altera, arcium baccalarijs[2], vertente, occasione resumpcionis pro gradu baccalareatus coram dno rectore expressata et insuper testibus conuictus et approbatus per ea, que vidimus et cognouimus, per hanc nostram sentenciam diffinitiuam pronunciamus, decernimus et declaramus, prenominatum Iacobum de Coszmjno occasione huiusmodj resumpcionis facte ad statum ac ad gradum baccalariatus concernentes[2]. Et hoc[2] ipsum Iacobum ex suis confessatis et approbatis sufficienter per testes sibj dno Stanislao de Sluzewo in duobus florenis et in litis expensis condempnandum et condempnamus, expensasque et earum taxacionem nobis in postea reseruamus. Item, ut hec nostra sentencia sit firma et solida, penam decem marcarum silenciumque ac tranquillitatem interponimus ac vallamus, parti tenenti huiusmodj sentenciam nostram per partem in toto uel in parte contrauenientem irrefragabiliter persoluendam. Tandem dnus Iacobus prememoratus iam dictos florenos infra duos dies naturales realiter et cum effectu reponat et soluat, sub censuris ecclesiasticis. Lecta, lata anno et die, quibus supra, et pronunciata hec sentencia nostra per nos Stanislaum de Zawada, s. theologie professorem et rectorem Alme Vniuersitatis Study Cracouiensis. Presentibus Honorabilibus Stanislao de Noua ciuitate alias de districtu Premisliensi, et me Samuele, notario, cause huius facti scriba, ad premissa.

703. In causa inter Petrum Ozera de Putolsko[2] et Nicolaum de Rogosna dominus ex certis respectibus fecit eis silencium perpetuum, sub pena obediencie.

704. Veneris quartadecima Augusti. Obligacio facta per Iacobum de Coszmjno personalis dno Stanislao de Sluzewo pro vno floreno et vj grossis. Qui quidem Iacobus infra hinc ad festum s. Martinj[3] proxime venturum[4] realiter et cum effectu prenominatum florenum cum sex grossis soluat, sub pena excommunicacionis. Presentibus in actis.

705. Veneris xxj Augusti. Veniens ad acta nostra Honorabilis ac legalis vir, dnus Iacobus de Cracouia, arcium baccalarius Glaijwycz[2], obligauit se soluturum octo[5] tres[6] florenos Honorab. dno Petro de Strzegonij, bacc., aut fratri suo, videlicet Venerabilj ac religioso viro, dno Mathie de s. Katherina in Kazimiria, infra hinc ad festum s. Crucis proxime affuturum[7], sub censuris ecclesiasticis. Presentibus

---

[1] 19. XI. [2] Sic! [3] 11. XI. [4] In Codice »venturo«. [5] »octo« deletum. [6] »tres« insuperscriptum. [7] 14. IX.

dnis Stanislao de Premislia alias de Noua ciuitate, et Bartholomeo de Borkij, et alijs fidedignis personis ad premissa[1].

706. Martis xxv Augusti. Venerabili viro mgro Stanislao, canonico Wilnensi, dnus Georgius de Liuthwania[2], studens Alme Vniuersitatis Study Cracouiensis, certis respectibus permotus et alias scriptis patris sui auisatus, consentit in absolucionem, sub condicione tamen ac quod licitum erit sibj eundem mgrum Stanislaum in pristinas sentencias excommunicacionum reinducere, dum et quando per suum patrem melius fuerit in hac causa informatus et auisatus. Presentibus, ut in actis.

707. Mercury xxvj Augusti. Ingeniosus Iohannes de Olomancz, studens nostre Vniuersitatis Cracouiensis, citatus ad instanciam Ing. Iohannis de Septem castris pro fideiussione, dominus autem, auditis hinc inde de controuersijs parcium, mandauit Iohanni de Olomancz occasione fideiussorie prenominatj Iohannis de Septem castris vnum florenum cum octo grossis soluere, sub penis, censuris ecclesiasticis, infra hinc ad festum s. Marie Natiuitatis proxime affuturum[3]. Presentibus, ut in actis.

708. Die Saturni xxix[4]. Anthonius de Caschowia dno Iohanni de Septem castris infra hinc ad festum Natiuitatis Marie proxime affuturum[3] vnum florenum se ipsum obligauit soluturum, sub censuris ecclesiasticis. Presentibus in actis.

709. Saturni xxix[5] Augusti. Honorabilis mgr. Nicolaus de Iaroslaw, citatus ad instanciam Ingeniosi Michaelis, baccalarij de Leopoly, occasione vnius florenj, mutuatj per prefatum Michaelem. Qui quidem prenominatus mgr. Nicolaus de Iaroslaw dno Michaeli vnum florenum apud acta nostra obligauit infra hinc ad festum s. Crucis proxime futurum[6] soluturum, sub pena excommunicacionis. Presentibus in actis.

710. Saturni v mensis Septembris. In causa inter Ingeniosos Iohannem de Ruppysz et Nicolaum de Riuolo dominarum, dominus hinc et inde auditis controuersys, in causa[7] mandauit prenominato Nicolao ad feriam secundam proximam ante festum Natiuitatis b. Virginis[8] tres florenos soluturum, sub censuris ecclesiasticis, ex confessatis suis. Presentibus in actis.

711. Lune vij Septembris. Obligacio existit facta per Ingeniosum Nicolaum de Riuolo dominarum ex suis confessatis super sex florenos Honorabilj dno Iohanni de Ruppys, qui quidem Nicolaus infra hinc ad festum s. Michaelis[9] proxime futurum[10] prefatos sex florenos est soluturus prenominato Iohanni sine aliqua prolongacione, procrasti-

---

[1] Ad calcem nri 705 adscriptum: »notarius correxit«. [2] »Liuthwania«, sic!
[3] 8. IX. [4] In Codice »xxj«. [5] In Codice »xxx«. [6] 14. IX. [7] Sic!
[8] 7. IX. [9] 29. IX. [10] In Codice »futuro«.

nacione, et realiter cum effectu, sub censuris ecclesiasticis. Presentibus in actis.

712[1]. Saturni. Honorabilis dnus Anthonius de Casschowia, veniens ad acta nostra, obligauit se ipsum soluturum[2] legali viro, dno Iacobo de Cracouia, arcium baccalario, tres florenos infra hinc ad festum s. Gallj proxime futurum[3], sub pena excommunicacionis. Presentibus, ut in actis.

713. Martis xxij Septembris. Nicolaus de Iaroslaw, arcium mgr., obligauit se soluturum duos florenos cum vnico fertone, dno Iohanni de Skarbimiria pro festo s. Michaelis proxime venturo[4], sub pena excommunicacionis. Presentibus, ut in actis.

714. Martis penultima mensis Septembris[4]. In causa inter Ingeniosos dnos Iohannem de Swarcz et Anthonium de Crasschna, partibus ab altera, Honorabilis mgr. Iohannes, frater prefatj Anthonij de Crasschna, septem florenos purj aurj et iusti ponderis in persona nostra reposuit dno actorj, Iohanni de Swarcz. Et prenominatus Iohannes, actor, dixit, se ipsum a prefato mgro, fratre Anthony, tres florenos purj aurj recepisse et leuasse ex decreto sentencie diffinitiue, per Venerabilem virum, dnum Mathiam de Cobilino, s. theologie professorem, rectorem antecessorem[5] et decanum s. Florianj extra muros Cracouienses, condempnatum[6] in x florenis[7], iam dictum Anthonium, fratrem mgrj Iohannis de Crasschna et seniorem[8] in bursa Vngarorum[9]. Presentibus Honorab. dnis Gregorio de Therczal[9], Stephano de Bethar[9], arcium baccalarys Study Cracouiensis, et alijs quam pluribus testibus fidedignis, ad premissa vocatis.

715. Saturni tercia Octobris. Ingeniosus dnus Martinus, oculista de Casschouia, petiuit, sibj terminum darj ad respondendum et racionem faciendam Honeste dne Barbare de Cracouia, penestice[10], alias infra hinc concordiam temptabunt. Et prenominatus Martinus, allegans recessum in Ylkusz, submisit[11] se sub censuris ecclesiasticis hodie per octauam ad parendum presencie dni rectoris. Presentibus seruitoribus Vniuersitatis et alys fidedignis.

716. Martis vj Octobris. Venerabili ac Egregio viro, dno Stanislao de Zawada, s. theologie professorj rectorjque Alme Vniuersitatis protunc Study Cracouiensis, Honorabilis dnus plebanus Nicolaus de Bochnya, quondam in Rybna, nunc vero organista, ut fertur, in Brzesko, recepit vnam schubam bonam, subductam wlpinis, pro vna marca et vnum fertonem[9] pro expedienda via, certis respectibus per-

---

[1] Nrus 712 in omni parte sua deletus. [2] In margine adscriptum »soluit«. [3] 16. X. [4] 29. IX. [5] Cf. nrum 654. [6] In Codice »*et* condempnatum«. [7] »in x florenis« in margine adscriptum. [8] In Codice »seniore«. [9] Sic! [10] »penestice«, sic! [11] In Codice »*et* submisit«.

motus, per prememoratum Venerab. virum, dnum Stanislaum de Zawada. Qui quidem dnus Nicolaus iam dictus submisit se ipsum, inscripsit et obligauit ad acta nostra rectoratus, bona fide, honore et sub censuris ecclesiasticis, prenominatam marcam et fertonem infra hinc ad festum proximum venturum Omnium ss.[1] sine crastinacione soluturum. Presentibus dnis Stanislao et Iohanne, sapiencys.

717. Ingeniosus dnus Iohannes de Ruppys proposuit contra et aduersus Honorabilem dnum Valentinum de Grunberg, seniorem burse philosophorum, allegans, qualiter sibj absque voluntate et consensu tunicam recepisset de camera prefatj Iohannis. Ex aduerso autem Honorab. dnus Valentinus, arcium baccalarius[6], senior prefate burse, dixit, quod ipse recepisset tunicam non solus, sed cum consiliarys prenarrate domus, quia tenebatur xxj grossos ad dandum communitatj pro fideiussione sui socij. Dnus autem rector decreuit, probare et producere testes de huiusmodj fideiussione dno Valentino quinta feria proxima post festum s. Ffrancisc[2]. Presentibus, ut in actis.

718. Martis xiij Octobris. Honorabilis mgr. Petrus[3], de castro[4] rector, proposuit contra et aduersus Stanislaum Ruschyeczky, studentem de[5] Ierusalem, quia idem Stanislaus, vna cum fratre germano suo, videlicet Nicolao, tenetur mediam marcam munite[6] pecunie pro expensis, iam a secundo anno elapsis, et desuper duos choros pisj et vnam ollam bonam butirj. Ex aduerso autem Stanislaus prenominatus respondit, allegando solucionem per prefatum[6] dnum Iohannem, scolasticum de Ruszijczye, dominus autem decreuit mgro, probare de non solucione fienda infra hinc per octauam. Presentibus, ut in actis.

Acta rectoratus secundj coram Wenerabili ac Egregio viro, mgro Stanislao de Zawada, s. theologie professore rectoreque Alme Vniuersitatis Study Cracouiensis, commutacione hyemali anno Dni millesimo quadringentesimo septuagesimo octauo[7].

720. Saturnj[8]. In causa inter Ingeniosos dnos, Iohannem de Wyeliczka ex vna et Stanislaum de Labisschin, baccalarium, partibus ab altera, dominus decreuit inter prefatas partes, quod ipse Iohannes,

[1] 1. XI. [2] 8. X. [3] Kozłowita. [4] de schola in castro Cracoviensi. [5] bursa. [6] Sic! [7] Actorum nri 720—783, Codicis pag. 244—261. [8] 17. X.

iam dictus, realiter et cum effectu pro mitra perdita vnum fertonem pro die Sabbato proximo[1] in manus dni rectoris reponat, et Stanislaus, bacc., gladium suum pro eadem die, videlicet Sabbato, eciam sine lesione reponat et assignet coram dno rectore. Presentibus, ut in actis.

721. Lune xviiij[2] Octobris. Venerabilis mgr. Blasius de Cazimirz proposuit contra et aduersus Egregium virum, dnum mgrum Georgium Laudamus de Cracouia, decretorum drem, dicens, quod ipse mgr. Georgius, decretorum dr., tenetur x florenos, prefato mgro Blasio mutuatos, quos ad certum tempus soluere neglexit, et bona fide et sua appodixa[3] sine aliqua procrastinacione soluere tenebatur. Ex aduerso autem prefatus dnus dr. deliberando satis principaliter, eosdem florenos confessus est coram dno rectore iam dicto mgro Blasio tenerj, dnus enim rector considerando, prenominatum mgrum Blasium fore in precinctu vie[4], decreuit eidem mgro Blasio dare septem florenos pro feria quinta proxime ventura[5] per dictum drem sub censuris ecclesiasticis, et residuitatem, videlicet trium florenorum, prorogauit ad festum s. Stanislai in vere[6]. Presentibus, ut in actis.

722. Premissa salutacione ad instanciam Honeste dne Margarethe, actricis[7] de Cracouia, Ingeniosum dnum Stanislaum Ruschyeczky dnus rector eum pronunciauit contumacem. Presentibus, ut in actis.

723. Iouis xxij Octobris. Recognouit se Venerabilis dnus dr. Georgius de Cracouia[8] in decretis[9], florenos 7 a Venerab. ac Egregio viro, dno Stanislao de Zawada, professore s. theologie ac rectore Alme Alme[9] Vniuersitatis Study Cracouiensis, in mutuum accepisse. Et prefatus dnus dr. Georgius pallium et tunicam nouj coloris bonam impignorauit prememorato dno rectorj, quos quidem idem debitor obligauit se crastina die per octauam proxime instantj septem florenos soluturum pro omni dilacione, sub censuris ecclesiasticis. Presente me notario Samuele de Gnezna.

724. Saturnj vltima Octobris[10]. Ingeniosus Andreas de Thornawia proposuit contra et aduersus Sebestianum de Magye[11], qualiter sibi tenetur vnum florenum occasione resumpcionis per fratrem suum Mathiam. Aduersa pars autem negauit, videlicet Sebestianus, de huiusmodj floreno nichil sciuisse, dnus autem rector decreuit prenominato Sebestiano pro feria tercia proxima[12] iurare de huiusmodj floreno. Presentibus, ut in actis.

725. Honorabilem mgrum Mathiam de Schydlow, per Iohannem, sapienciam, de mandato domini ad diem ad horam hodiernam[9] citatum et comparentem ac a iudicio illicenciate recedentem, instante Alberto,

---

[1] 24. X. [2] In Codice »xviij«. [3] »appodixa«, sic! [4] Romanae? [5] 22. X. [6] 8. V 1479. [7] In Codice »actr*itr*icis«. [8] Laudamus. [9] Sic! [10] 31. X. [11] »Magye«, sic! [12] 3. XI.

studente de Cleparz, dominus pronunciauit contumacem et literas decreuit oportunas. Presentibus, ut supra.

726. Ingeniosus dnus Michael de Lleopoli[1] consensit Honorabili dno Nicolao de Iaroslaw, mgro arcium, in absolucionem, occasione vnius florenj, qui quidem mgr. obligauit se sub reincidencia grauiorum processuum prenominatum florenum infra hinc ad Natale Dni soluturum, quandocunque amonitus per ipsum baccalarium[2] fuerit, satisfaciet realiter et cum effectu. Presentibus, ut in actis.

727. Quartadecima Saturni Nouembris. Constitutus personaliter Circumspectus et Ffamosus vir, dnus Leonardus, ciuis de Cracouia, vna cum dna Barbara, coniuge sua, fecerunt, constituerunt in suum procuratorem in causa et causis, quam uel quas habent cum Venerabilj mgro Georgio, dre de Cracouia, Honorabilem dnum Martinum Ryncza, viccarium perpetuum ad kathedralem ecclesiam maiorem, ad agendum, defendendum, citandum, arestandum etc., et generaliter omnia et singula faciendum, que quidem ipsi dni constituentes facerent aut facere possint, si premissis personaliter interessent; eciam nomine suis[3] res tollendum, leuandum et de eisdem quittandum, et alias in forma meliorj promittentes rata, grata atque firma tenere, habere, per ipsum procuratorem suum facta, gesta ac quomodolibet ordinata in premissis. Presentibus ibidem Petro de Iechanowo et alijs ad premissis fidedignis.

728. Saturni xxj Nouembris. Ingeniosus dnus Thomas de Besko, arcium baccalarius, obligauit se soluturum tres florenos infra hinc ad Natale Dni proxime affuturum sub censuris ecclesiasticis dno Petro de Septem castris, et aduentum cursoris prefatj Thome huiusmodj venientis[4]; alias si non portauerit ad huiusmodj Natale pecunias premissus cursor eidem dno Thome, ipse Thomas dabit sibj aliquod pignus tanti valoris trium florenorum, si autem nichil dederit, excommunicabitur. Presentibus, ut in actis.

729. Honorabilis mgr. Thomas de Drobycz[4] cauit pro Matheo, baccalario de Premislia, coram dno vicerectore absolucionem expediendam infra hinc ad festum s. Lucie proxime affuturum[5], sub eadem arbitralj sentencia. Ipse autem mgr. Thomas reposuit duos florenos in manus dni Iohannis de Osszwanczim[6], vicerectoris eodem tempore lite factis[7]. Presentibus, ut in actis. Et in instantj recepit prefatos duos florenos a Venerabilj et Egregio dno Iohanne de Osszwanczim, vicerectore. Presentibus seruitoribus Vniuersitatis.

730. Saturni xxviij[8] Nouembris. Circumspectus dnus Leonardus, ciuis de Cracouia, vna cum coniuge sua proposuerunt contra et aduersus Honorabilem mgrum Georgium de Cracouia[9] et[4] decretorum

---

[1] In Codice »Lleopolin«. [2] Leopolitam. [3] »sui*s*«, sic! [4] Sic! [5] 13. XII. [6] Beber. [7] »lite factis«, sic! [8] In Codice »xxvij«. [9] Laudamus.

drem, qualiter dnus Leonardus prefato dno drj vnum picarium cum sex coclearibus in fideles suas manus tradidit et ad necessitatem mutuauit. Ex aduerso dnus dr. in instantj tria coclearia cum vno picario dno rectorj reposuit, alia autem tria coclearia hodie per quindenam habet reponere dno Leonardo, aut pecunias pro eisdem in valore huiusmodj satisfaciet, sub censuris ecclesiasticis. Presentibus in actis.

731. Iouis Decembris[1]. Honorabilis dnus Stanislaus, vicarius de s. Anna, procurator amicj sui, videlicet Stanislai de Sdzyergow, proposuit contra et aduersus dnum Andream, baccalarium de Skybnyew, qualiter sibj prefatum Stanislaum, studentem, amicum suum, percussisset et in caput wlnerauisset usque ad effusionem sanguinis, obuiando eidem a supparia. Transseundo[2] e conuerso taliter ambulauerat iam dictus Stanislaus, studens, ad suppam pro nutrimento ad suum socium comedendo, ut antea consueuerat, et fuit vnus uel plures scolares, inter quos vnus habuit cultrum. Et aliqui scolares contendebant cum isto, qui cultrum habebat eique contradicendo, et in loco sibj extraxerunt, ne aliquem wlnerauisset. excepto Stanislao prenominato. Tandem isti scolares vna cum Stanislao invicem transsiuerunt in domos suas, et ipse cum eis fuerat. Et illi scolares et iste cum cultro, vna cum bacc. prenominato, dedit[3] eis obuiam, et habuit cultrum euaginatum, et wlnerauit in eundem[4] Stanislaum, habendo coniecturam in eundem de extraccione cultrj sui scolaris, qui inscius fuit et est, ut allegauit, proposicionis. Ex aduerso autem bacc. Stanislaus ad proposicionem dixit et deduxit, quod ipse non wlnerauit, sed suus famulus siue scolaris cum cambuca[5] repercussit, monendo prefatos de restitucione cultrj dandj. Dominus autem decreuit Stanislao, studenti, probare testibus pro die Sabbato proxime venturo hora quartadecima.

732. Saturnj xij Decembris. Premissa citacione et relacione facta per Iohannem, sapienciam, dna Dorothea, propinatrix ceruisie, aduersus baccalarium Valentinum de Noua ciuitate proposuit, qualiter eidem mulierj quatuordecim grossos non soluit pro ceruisia recepta per iam dictum Valentinum. Ex aduerso autem Valentinus non negauit, sed affirmauit, tantam pecuniam eidem mulierj tenere. In instanti ipse bacc. obligauit se prefatos grossos ad terciam feriam proximam post festum s. Llucie[6] soluturum, sub censuris ecclesiasticis. Presentibus Iohanne et Stanislao, sapiencijs.

733. Martis xv Decembris. In causa inter Iohannem, baccalarium de Bogurzyno, actorem[7], ab vna et Paulum, studentem de.....[8] partibus ex altera, principaliter facta fuit proposicio Iohannis, bacc., aduersus Paulum, studentem, pro vno libro sibj ablato. Ex aduerso enim Paulus prenominatus per multas dilaciones euictorem pro huiusmodj

---

[1] In Codice erronee »Iouis xxv Decembris«. [2] »trans*s*eundo«, sic! [3] »dedit«, sic! [4] »*in* eundem«, sic! [5] Sic! [6] 15. XII. [7] In Codice »actore«. [8] ».....«, locus in Codice vacuus.

libro, sibi obiecto, posuit. Euictore posito et adducto reconuenit eum Iohannes, bacc., et proposuit contra Nicolaum de Burkij, quondam seruitorem in bursa pauperum, bone memorie cuiusdam mgrj Gambyn manencium [1], obiciendo et allegando prefato Nicolao, quod iste liber, apud dnum rectorem repositum [1], michi fuit ablatus de camera mea. Dnus autem rector, visis hinc inde controuersijs et non faciendo ampliores dilaciones, faciendo vnicuique iusticiam, decreuit dominus [1], quod premissus Nicolaus probabit vel producet alium euictorem, apud quem emit, infra hinc ad festum s. Agnetis proxime nunc venturum [2]. Euictore non probato, dnus rector librum baccalario iuste et sancte restituet et restituere debet. Presentibus in actis.

734. Iouis xvij[3] Decembris. In causa inter Venerabiles mgros, Georgium de Cracouia et Mathiam Czan [4], eciam de Cracouia, dnus rector, visis controuersijs hinc inde et propositis [1], decreuit, quod mgr. Georgius, decretorum dr., crastina die, videlicet feria sexta proxima post festum s. Llucie [5], in manus dnj rectoris tunicam, receptam per eundem, tradere debet et alias res, quas circa se ipsum adhuc retinet et habet. Et assessores pro die Sabbato proximo [6] locabunt ad decidendam causam, motam in Collegio iuristarum, quoscunque habere possent. Presentibus, ut in actis.

735. Honorabilis mgr. Thomas de Drohobicz vnum florenum pro festo Natiuitatis Xristi proxime venturo, sub censuris ecclesiasticis, Honorabili mgro de Swyewsch [1] se ipsum soluturum obligauit. Presentibus, vt in actis.

736. In causa, inter Albertum de Coschutj ex vna, actore [1], pro quodam pallio, ut dicitur, noui coloris, mota, et Iacobum, baccalarium de Goskow, locato [1] apud Spiritum s., ex altera partibus, diuittendo [1] altricaciones et iuramenta coram dno rectore pro huiusmodj palliolo et bireto, prefatus bacc. Iacobus promisit et submisit bona fide et obligauit, sibj dno Alberto satisfacere et dare mediam marcam infra hinc ad festum Purificacionis Marie proxime affuturum [7] complete, sub pena excommunicacionis alias sub censuris ecclesiasticis, hoc tamen adiecto, si iam dictus bacc. pro illo tempore habere non valeat solucionem facere, ipse dnus Albertus adhuc expetare habebit a Purificacione s. Marie ad duas septimanas proximas. Presentibus, ut in actis.

737. Martis xxij[8] Decembris. Honesta dna Margaretha de Cracouia, propinatrix ceruisie, proposuit contra et aduersus baccalarium Ludwicum de Wratislauia, qualiter ipse prefate dne teneretur vnum florenum absque vno mediante. Ex aduerso dnus bacc. supradictus recognouit huiusmodj pecuniam tenerj, qui quidem iam dictus Ludwicus

---

[1] Sic! [2] 21. I 1479. [3] In Codice »xvj« [4] »Czan«?, »Czau«? [5] 18. XII. [6] 19. XII. [7] 2. II 1479. [8] In Codice »xx«.

obligauit se ipsum huiusmodj florenum sub censuris ecclesiasticis soluturum infra hinc per septimanam post festum s. Thome[1]. Presentibus Iohanne, sapiencia.

738. Ingeniosus dnus Caspar de Magna Glogouia proposuit aduersus Dyonisium de Kotpus, quod idem Dionisius tenetur sibj vnum florenum, occasione mutui ad necessitatem suam[2], et tres libros: in primo »Grammaticam«[3] Vicencij[4], in secundo »Parwa loycalia«, in tercio »Secunda pars« Alexandrj[5], quos libros sibj prefatus Caspar vendiderat pro certa summa pecuniarum, ipse autem iam dictus Dyonisius soluere non curauit neque curat, neque restituere pretendebat. Ex aduerso autem Dyonisius super florenum negauit non recepisse, et super istos dixit et allegauit, non ab eodem, ut dicitur, Caspar, recepisse, sed a quodam baccalario, in Nissa commorante. Dnus autem rector decreuit, probare dno Caspar de huiusmodj floreno et de libris accomodatis, et super hoc omnia testibus approbarj et iurarj feria quinta proxima[6] de mane hora sedecima. Presentibus Iohanne, sapiencia. Idem eciam Caspar proposuit ex alio de quodam pallio grisej coloris, qui eundem constabat in valore medij floreni, sibi Dyonisio mutuato, de quo sufficienter intendit probare, ut supra.

739. Die Mercurij xxiij[7] mensis Decembris. Dnus dr. Laudamus[8] etc., positis quatuor florenis in manus dnj rectoris in presencia partis citate ad videndum tolli et vim et effectum monicionis, occasione trium coclearium contra prefatum dnum drem emanate, obligauit se prefata tria coclearia in manus dni rectoris reponere, aut alias, si[9] habere non poterit, parti satisfacere, prout iuramento damnum extimabit. Et dominus sublato monicionis effectu, ad imponendum sentencie talibus dedit vnius mensis inducias, alias ad festum Conuersionis s. Paulj[10]. Presentibus Ingeniosis Stanislao[11], studente de Noua ciuitate, et alijs fidedignis ad premissa.

740. Iouis xxiiij[12] mensis Xbris. In causa inter dnum Caspar de Glogouia Maiori, actorem, ex vna et Dyonisium de Cothpus, reum, partibus ex altera, dnus prefatus Caspar induxerat et produxerat nonnullos testes, mgrum Sigismundum de Cracouia et Iohannem de Glogouia, in dicenda veritate, qui quidem testes: primus recognouit, videlicet mgr., quod ipse Dyonisius retulit coram eo, quod eidem dno Caspar vnum florenum, palliolum et libros tres teneretur; alius testis, videlicet Iohannes supradictus, eciam retulit et recognouit coram dno rectore, quod ipse Dyonisius iam dictus recepit libros et pallium. Tamquam in vim iuramentj retulerunt, et sic Dyonisius memoratus per prefatos testes convictus existit. Ex aduerso Dyonisius dixit, se habere istos prefatos libros in proposicione factos, ut supra in domo sua alias in

---

[1] 28. XII. [2] datum. [3] »Grammaticam« erronee pro »Cronicam«? [4] Kadłubkonis? [5] Galli. [6] 24. XII. [7] In Codice »xxj«. [8] Georgius de Cracouia. [9] In Codice »se«. [10] 25. I 1479. [11] Albino. [12] In Codice »xxiij«.

hospicio. Dominus autem hinc inde visis controuersys, mandauit eidem Dyonisio, vt prefatos libros tres infra hinc per octauam in manus suas reponeret et medium florenum sub censuris ecclesiasticis, et pro expedicionibus et citacionibus soluere sibj, ut supra, tenebitur, sub prefatis censuris. Et recognicionem dominus assignauit dare, ut retulit supra in proposicione, quod recepisset ab alio, videlicet baccalario, in alijs partibus demorante, libros, ne haberet impedimenta ab isto bacc., sicut dixit. Presentibus, ut in actis.

741. Saturni xxvj[1] Xbris. Discretus Iohannes de Wirczburg proposuit aduersus Georgium de Tinkiszbol[2], quomodo sibj quosdam florenos duos in mutuum dedisset. Ex aduerso Georgius dixit, quod sibj prefatos florenos successiue dedisset pro vestimentis et alijs necessarijs eidem pertinentibus. Dnus rector decreuit, quod sibj restituet prefatos florenos infra hinc per octauam sub pena excommunicacionis, alias probabit intencionem suam, coram quibus sibj dedit et specificabit res huiusmodj et racionem eidem ordinabit. Et insuper posuit dnus rector penam.....[3].

742. .....[3] vallatam inter memoratos in vna sexagena irremissibiliter persoluendorum[2], quicunque impedierit aut manus iniecerit, sub prefata pena soluenda. Presentibus Iohanne, sapiencia.

743. Ad instanciam Nicolai, sutoris de Cracouia, Nicolaum Ruszyeczkij dominus pronunciauit eum[2] contumacem racione non paricionis in termino, eidem prefixo per sapienciam. Presentibus, ut in actis.

744. Ingeniosus dnus Georgius, studens nostre Vniuersitatis de Thonkilspil[2], obligauit se soluere vnum florenum pro Purificacionis b. Marie Virginis nunc in proximo venturum[4], et alium florenum pro quadragesimalj tempore in Capite ieiunij[5] soluturum, sub censuris ecclesiasticis, Iohanni de Wirczwark[2]. Presentibus Iohanne et Stanislao, sapiencijs.

745. Weneris Ianuary xxix. Personaliter constitutus Ingeniosus Iohannes de Septem castris, baccalarius nostre Vniuersitatis, de Bubthwys[2] Wolffgandum[2] fecit, constituit in suum procuratorem in causa et causis, quam uel quas habet uel habiturus est cum quodam Iohanne, studente de Olomancz, occasione fideiussorie caucionis, principalem[2] per prefatum Iohannem, bacc. de Septem castris, pro eodem Iohanne de Olomancz factis[2] pro vnius floreni et octo grossorum alterj ad soluendum, effectualiter fecit, vnde ipse constituens, propter regimen sue scole in Vngariam transemitere fidelj suo Wlgango[2] predicto, amico suo, ad leuandum, extorquendum, citandum, agendum tollendumque et pro rato, grato habendum, et alias in meliorj forma commisit. Prenar-

---

[1] In Codice »xxv«. [2] Sic! [3] Hoc loco in Codice inter nros 741 et 742, pag. 252/253, unum folium desiderari videtur. [4] 2. II. [5] 24. II.

ratus itaque procurator, ut asserebat Wlgangus[1], pecunias huiusmodj, videlicet vnius floreni et octo grossorum, ad itineracionem racione mutue societatis et fidelitatis in manus iam dicti de Septem castris alias de Vngaria contulit, sibj itaque Wlffgando[1] debita ipsius Iohannis cause fideiussionis de Septem castris sue pro dicto eciam Iohanne et solucione facte, fecit realiter et iuste repetere dictam summam prenarratam. Presentibus, ut in actis. Et eciam, vt in actis nostris se ipsum Iohannem de Olomancz dno Iohanni de Septem castris premissam peccuniariam[1] obligauit in nostro rectoratu[2].

746. Veneris quinta February. Die Veneris quinta mensis Februarij Prouidus dnus Leonardus, conciuis de Cracouia, vna cum conthoralj sua tulerunt memoratos florenos, repositos per dnum drem Georgium Laudamus apud dnum rectorem[3], videlicet quatuor florenos, ob non reposicionem et redempcionem eorundem coclearium per prefatum dnum drem apud Iudeos. Ipse autem dnus iam dictus Leonardus dixit, se huiusmodi coclearia comparasse et disposuisse quodlibet coclear, videlicet tria per vnam marcam communis numeri et polonicalis monete. Dnus autem rector visis et auditis ipsorum dictis et pensis, precauendo maiores controuersias, dedit ipsos florenos in manus illorum iam dictorum personaliter de consensu eiusdem dni dris, dum et quando eisdem terminus assignatus fuisset, venerunt et receperunt. Nichilominus tamen super huiusmodj florenos septem grossos habere cupiebant, propter leuiorem[1] precium ipsius floreni hodiernis temporibus currencium[1]. Presentibus in actis.

747. February nona mensis. Ingeniosus Stanislaus Ruszyeczkij, studens Vniuersitatis Cracouiensis, recognouit, se tenerj tredecim grossos cum medio Honesto dno Stanislao, carnificj de Cracouia. Qui quidem Stanislaus, ut dicitur, studens Ruszyeczkij, in instantj obligauit se soluturum prefatos grossos cum $^1/_2$ supradictos infra hinc per quindenam, sub censuris ecclesiasticis. Presentibus Iohanne, sapiencia, et alijs fidedignis ad premissa.

748. Ingeniosus dnus Petrus de Septem castris proposuit aduersus baccalarium Ludwicum de Wratislauia racione fideiussionis sue, pro quodam Xristofero de Cothpus facte, videlicet pro duobus florenis. Ex aduerso Ludwicus ad proposicionem factam dixit, se ipsum cauisse pro eodem Xristofero. Insuper fecit memoratus Ludwicus de Wratislawia obligacionem ad satisfaciendum sub penis censurarum ecclesiasticarum de prefatis florenis duobus, infra hinc ad Letare[4] nunc in proximo venturo[5] cum dicto Petro soluendis. Presentibus, ut in actis.

---

[1] Sic! [2] In margine nri 745 alia adscriptum manu: »Iste Iohannes de Olomuncz satisfecit Iohanni de Septem castris, soluendo eidem florenum et octo grossos, quem realiter suscepit dnus Wolgangus, procurator eiusdem Iohannis de Septem castris, prout coram rectore Vniuersitatis, Iohanne de Oszwanczim, professore s. theologie, idem Volfgangus recognouit feria quarta infra octauas Assumpcionis Marie (= 8. VIII) anno 1479«. [3] Cf. nrum 739. [4] 21. III. [5] »venturo«, sic!